
3 1761 08825188 9

MENANDRI

FABULARUM RELIQUIAE.

MENANDRI

FABULARUM RELIQUIAE

IN EXEMPLARIUM VETUSTORUM FOLIIS LACERIS SERVATAE.

CUM PRAEFATIONE, NOTIS CRITICIS, COMMENTARIIS EXEGETICIS

TERTIUM EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA ANTEHAC PROF. ORD.

LUGDUNI BATAVORUM

IN AEDIBUS SOCIETATIS CUI NOMEN:

A. W. SIJTHOFF'S UITGEVERS-MAATSCHAPPIJ.

MCMXIX.

AD EDITIONEM PRIMAM.

Menandri fabularum fragmenta exeunte anno 1905 in Aegypto effossa et postquam huius ἑρμαίου fama percrebruit ab omnibus quibus bonae litterae cordi sunt summa cum animi intentione expectata sub finem anni 1907 publici iuris fecit is, cui fortuna concessit ut tam splendidum donum offerret antiquitatis admiratoribus, Gustavus Lefeburius [1]). Statim accepto libro feci id quod multi, ut opinor, fecerunt et facient: devoravi, dein relegi iterumque relegi, semper novi aliquid deprehendens. Mox, cum observationum messis satis ampla succrevisset, quas editoris aliorumque philologorum iudicio subicere cupiebam, aptius id fieri non posse visum est quam textu quam poteram emendatissimo in lucem emisso. Breves notas criticas addidi, commentarium posthac, si fors tulerit, subiuncturus.

Scripsi Lugduni Batavorum mense Ianuario 1908.

AD EDITIONEM SECUNDAM.

Haec scribebam ante menses tres, iamque editionis tunc a me curatae exemplaribus multo citius quam putaveram divenditis facultas data est opus meum emendandi, — gratum semper officium, nova autem haec fragmenta edenti gratissimum. Nam multi eodem tempore philologi operam dederunt ut explerent ea et corrigerent et interpretando illustrarent, et larga sic nata est observationum copia per menses proximos, necdum haec studia deferbuerunt.

---

[1]) Fragments d'un manuscrit de Ménandre, découverts et publiés par M. Gustave Lefebvre, inspecteur en chef du service des antiquités de l'Égypte, le Caire, imprimerie de l'institut français d'archéologie orientale.

Quas observationes perpendendi labor multo etiam gratior fuisset si uti iam licuisset imagine phototypa. Haec donec praesto fuerit, firmo fundamento multis locis carebunt Menandri studiosi, cui superstruant sua conamina; cur autem etiam desiderari eiusmodi imaginem necesse sit, dictu est difficile. Sub anni huius finem evulgatum iri fert rumor: nunc certe haberi nequit. [Anno 1911 est edita.]

„Interpretationem antecedere debet emendata lectio", — multum autem abest ut aut satis iam emendatus sit Menandri codex aut satis cognitus. Et tamen adieci commentarios videlicet. Erunt fortasse qui oblatos abnuant, „οὐκ ἔστι γὰρ ταῦτ' εὐτρεπῆ" cum Davo Menandreo dicentes. Non nego: nonum vel etiam tertium secundumve in annum pressa talia maturiora fieri solent, et in Aristophanis fabulis edendis aliquanto minus celerem me praestiti. Sed aut haec nunc danda erant aut nihil eiusmodi dandum, et vel nunc proferre posse mihi videbar quae neque inutilia forent legentibus neque ingrata. Tertiam autem editionem ornandi si quando praebebitur occasio, — τὴν δ' Ἀδράστειαν προσκυνῶ, ut Moschionis viri ingenui, non Davi servuli verbis utar, — operam dabo ut auctiora haec prodeant. Interim boni consulant velim legentes.

Scripsi Lugduni Batavorum mense Aprili 1908.

AD TERTIAM HANC EDITIONEM.

Iamque in decimum annum et quod excurrit pressus Menander meus tertium prodit, — eone temporis intervallo digna interim lucratus? Vix ausim sperare. Quantum tamen fieri poterat — ut quimus, aiunt, quando ut volumus non licet, — cautum est ne somno Epimenideo illos annos transegisse videri posset; auctus certe atque emendatus denuo emittitur: satisne feliciter, aliorum est statuere. Unum quod nunc addatur hoc est: brevitatis causa non nisi quae certa aut veris similia videbantur commemorata esse, multa igitur aliena ipsiusque editoris conamina silentio esse pressa.

Scripsi in Helvetiae pago Amden vere 1919.

v. L.

PRAEFATIO.

ἥκει λιπὼν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλασ.

CAPUT I.

DE MENANDRI VITA ET ARTE.

§ 1.

Menandri annos natalem et fatalem praebet lapis: Μένανδροσ Διοπείθουσ Κηφισιεὺσ ἐγεννήθη ἐπ' ἄρχοντοσ Σωσιγένουσ, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν' καὶ β' ἐπ' ἄρχοντοσ Φιλίππου κατὰ τὸ β' καὶ λ' ἔτοσ τῆσ Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆροσ βασιλείασ *a*), consentiens cum Apollodoro, cuius e Chronicis hos versus attulit Gellius:

Κηφισιεὺσ ὢν ἐκ Διοπείθουσ τοῦ πατρὸσ
πρὸσ τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψασ δράματα
ἐξέλιπε πεντήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν *b*).

Natus igitur est anno 342/1, fato functus 292/1 *c*), nisi in alterius archontis nomine commissus est error; nam intersunt anni undequinquaginta *d*).

Octies eum in certaminibus scenicis vicisse Gellius affirmat ibidem, Apollodoro usus teste, et addit alios ei tribuisse fabulas centum octo *e*) vel novem. Quarum nonaginta nominatim sunt cognita. Rara igitur, ut scripsit Martialis, coronato plausere theatra Menandro *f*), et expertus est ille id quod optimus quisque semper poëtarum scenicorum, ut mortuus demum suo aestimaretur pretio.

Anno 321 primam fabulam docuit Ὀργήν, qua victor evasit *g*).

---

a) CIG. 6084. — *b*) Gell. XVII 4. — *c*) Ergo Plaut. Aul. 394 sq., qui Menandrum in ea fabula videtur esse secutus, si Gallorum in Delphos expeditio anni 279 (Pausan. X 23) respicitur, e Menandro duci non potuerunt. Sed „sagittis" Apollinis „fures thesaurarii" tunc „confixi esse" non ferebantur, sed terrae motibus et fulminibus et saxorum lapsu in terrorem panicum coniecti. — *d*) Annos quinquaginta septem (𐅄 Π ΙΙ pro 𐅄 ΙΙ) ei tribuit anonymus de comoedia § 16 (Proleg. ad Arist. p. 190). — *e*) Anon. de com. l. l. — *f*) Mart. V 10. — *g*) Anon. de com. l. l. et Euseb.; in huius verbis: „*Μένανδροσ ὁ κωμικὸσ πρῶτον δρᾶμα διδάξασ Ὀργὴν ἐνίκησεν*" si ad *ἐνίκησεν* pertineret *πρῶτον*, inutilia essent verba *δρᾶμα διδάξασ*, recte igitur Meineke ad *δρᾶμα* id rettulit.

Victoriarum Lenaeis ab eo reportatarum memoriam servat lapis anfractus [a]), in quo haec circa annum 322/1 extant tradita: μ(ε)νανδροσ ι[. Quatuor igitur (ιιιι) ut plurimum fuere victoriae eius Lenaicae, cetera praemia quatuor vel quinque vel sex vel septem meruit Liberalibus. Proximus ei in illo lapide est φιλημων ιιι, qui per triginta annos ei superstes fuit, ad ultimam enim senectutem pervenit. Mox sequitur διφιλοσ ιιι [b]).

Patris Diopithis etiam Diodorus Sardianus mentionem fecit in epigrammate, quo sepulcrum inducitur loquens:

Βάκχωι καὶ Μούσηισι μεμηλότα τὸν Διοπείθουσ
Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοί, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω [c]).

Praeterea Diopithem patrem commemorant Pausanias [d]), anonymus de comoedia, Suidas. Perperam autem in scholiis ad Demosthenem praetor ille, pro quo Demosthenes anno 341 orationem habuit [e]), dicitur Menandri pater fuisse, et a Menandri amico Demosthene esse defensus. Quem errorem manifestum — nam reus actus est Diopithes praetor eo anno quo Menander natus est, Σουνιεὺσ autem erat, Menandri vero pater Κηφισιεύσ — peperit homonymia.

Sed praetor licet non fuerit poetae pater, nobili tamen loco Menandrum natum asseveranti anonymo non est cur denegetur fides. Discipulus fuit Theophrasti [f]), amicus et aequalis Epicuri [g]), quem coniunctim cum Themistocle magnifice hoc disticho collaudavit:

χαῖρε, Νεοκλείδα, δίδυμον γένοσ· ὧν ὁ μεν ἡμῶν
πατρίδα δουλοσύνησ ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφροσύνησ [h]).

Nec non Demetrius Phalereus, Athenarum per decennium moderator, familiariter cum eo consuevit [i]). Patruum habuit Alexidem poëtam comicum [j]), a quo eruditum ait anonymus de comoedia. Matrem Hegesistratam commemorat Suidas [k]).

A Phaedro quod sic est pictus:

„unguento delibutus, vestitu affluens,
veniebat gressu delicato et languido" [l]),

non aliam ob causam videtur esse factum quam quod Epicureum fuisse fabularum hic scriptor comperisset. Severam autem vitam vixisse eum perhibet Ausonius [m]). Neutrum certi quid de eo compertum habuisse tute quis statuerit.

---

a) Ditt. Syll. 425, Wilhelm Ber. d. Wien. Akad. 4 Juli 1906, Capps Am. Journal of Phil. 1907, 180 sqq. — *b*) His numeris refellitur quod Gellius perhibet l. l., Menandrum a Philemone saepenumero victum esse. — *c*) Anth. Pal. I 413. Sequuntur hi versus: † *ἐν πυρὶ τὴν ὀλίγην ὅσ ἔχει κόνιν·* † *εἰ δὲ Μένανδρον | δίζηαι, δήεισ ἐν Διὸσ ἢ μακάρων.* Eiusne qui epigramma fecit haec sunt verba, sepulcri verba sic corrigentis: *ἔμπορε, τὴν ὀλίγην μὲν ἔχει κόνιν, εἰ δὲ κτέ.?* — *d*) Pausan. I 2 § 2. — *e*) Dem. VIII. — *f*) Pamphila apud Diog. Laërt. V § 36. — *g*) Apollodorus apud Diog. Laërt. X § 14, Strab. 638. — *h*) Anth. Pal. — *i*) Diog. Laërt. V § 79. Alia omnia perhibet Phaedrus V 1. — *j*) Suid. s. v. *Ἄλεξισ.* — *k*) Etiam Aristophanis mater commemoratur apud scriptorem recentissimum Thomam Magistrum (cf. Proleg. ad Arist. p. 171, 2). — *l*) Phaedr. l. l. — *m*) Id. 13 praef., Kock Men. fr. 958.

In Piraeo eum habitasse sumsit Alciphron II[i] post Chr. saeculi rhetor, de eius Glyceraeque amoribus, quam puellam ab eo amatam esse etiam Athenaeus ait *a*), lepide multa fingens aut ab aliis ficta repetens *b*).

Cum in Piraeo nataret submersum esse, quam mortem a Callimacho epigrammate, ab aliis elegiis esse celebratam, ait scholiasta ad Ovidii quendam versum *c*). Sed Ovidii illo loco quoniam fortasse significatur Eupolis *d*), admodum incertum est quod de Menandro fluctibus oppresso interpres ille anonymus perhibuit.

Ad viam e Piraeo Athenas ducentem sepultum testatur Pausanias *e*). Ab aliis autem poëtis comicis etsi saepissime est superatus in certaminibus publicis, gratia tamen ita fertur floruisse ut a regibus Aegypti et Macedoniae sit petitus, litterarum tamen conscientiam fortunae regiae praeferens *f*).

Mortui fabulae a posteris saepius sunt actae. Cuius rei monumentum extat scenicum, quo teste Onesimus quidam διδάσκαλοσ saeculo ante Chr. III[o] exeunte vicit Menandri fabula Mulierum Osore in certamen producta, et aliquot annis post Monimus quidam certavit Menandri Phasmate *g*). Quae *priscae* in illo monumento audiunt fabulae; eius enim quae hodie prisca vocari solet comoediae *h*) nulla tunc in scena habebatur ratio. Nondum deerant qui legerent Aristophanem vel Cratinum: spectare cupiebat nemo.

Imaginem Menandri habuit theatrum Atheniense; qui honos soli fere ei e melioribus poëtis comicis obtigit, deterioribus vero recentioribusque compluribus *i*). Et imaginis huius a Cephisodoto et Timarcho Praxitelis filiis sculptae basis cum inscriptione e theatri ruderibus est effossa. Ipsam quoque superesse imaginem, eam enim esse quae in Vaticano asservatur poëtae sedentis, multi sunt suspicati.

De Menandro scripsit eius aequalis Lynceus Samius, Duridis frater, Theophrasti discipulus, ut ipse Menander, prosa oratione usus *j*). Etiam poëta comicus Lynceus erat *k*), et Menandrum aliquando vicisse dicitur apud Suidam.

Menandri fabulae egregie placuerunt Aristophani Byzantio, II[i] ante Chr. saeculi grammatico celeberrimo, qui data opera inquisivit in locos Euripideos, unde sua Menander petiisset *l*), rem utilissimam et Menandrum interpretantibus prorsus necessariam *m*). Proximum

---

a) Athen. 585 *c* 594 *d*. — *b*) Cf. A. Körte Herm. 1919, 87 sqq. — *c*) Ov. Ib. 593. — *d*) De quo veterum errore ab Eratosthene redarguto cf. Cic. ad Att. VI 1 (Proleg. ad Arist. p. 185, 3 et 199, 3). — *e*) Pausan. I 2 § 2. — *f*) Plin. H. Nat. VII 31, Alciphr. l.l. — *g*) Ditt. Syll. 408 sq.; ubi tertiae fabulae legitur nomen mutilatum]ηι μ[ενανδρου]. — *h*) Ut olim Aristoteli Eth. Nic. IV 14. — *i*) Pausan. I 21 § 1, Dio Prus. 628. — *j*) Athen. 242 *b*. — *k*) Centauri fabulae ab eo compositae fragmentum extat Athen. 131 *f*. Demetrii regis cenam descripsit, Plut. Dem. 27. — *l*) Eus. Praep. Ev. X 3. — *m*) Cf. ex. gr. Disc. pag. 13 *c*, vs. 209—229, 659 Circ. 349 sqq.

ab Homero eum Menandrum inter poëtas collocasse testantur hi versus epigrammatis cum duobus aliis prisco termino insculpti:

ἀλλά σε δεύτερ' ἔταξε σοφὸσ κρίνειν μετ' ἐκεῖνον
γραμματικὸσ κλεινὸσ πρόσθεν Ἀριστοφάνησ *a*).

Dicterium autem Aristophani grammatico hoc tribuitur:

ὦ Μένανδρε καὶ βίε,
πότεροσ ἄρ' ὑμῶν πότερον ἀπεμιμήσατο! *b*)

quo eleganter indicantur res humanae in Menandri fabulis non, ut in prisca comoedia, ridicule distortae, sed ex vero depictae.

En igitur de Menandro sententia numeris iambicis expressa *c*): plurane Aristophanes de eo scripsit metro adstricta? Vero non admodum similis videtur res. Et argumenta quidem metrica, quae singulis fabulis fuere praemissa, ei non deberi, satis docet fabularum Aristophanis Plautique comicorum poëtarum analogia; indignum autem eo esse quod unum iam repertum est argumentum Herois, vix quisquam negabit *d*). Sed Menandri cum Aristophane poëta comparationem trimetris a quodam viro docto inclusam esse, videtur effici e dictionis comicae et numerorum iambicorum vestigiis manifestis in parte quadam excerptorum quae ad nos pervenerunt opusculi Plutarchi: Ἀριστοφάνουσ καὶ Μενάνδρου σύγκρισισ *e*). Aristophanem Menandro longe postponebat philosophus Chaeronensis, eius artem hominibus suae aetatis neque gratam ducens neque utilem et cum inventionem illius tum dictionem vehementer carpens, Menandri vero egregie laudans; inepta, scurrilia, spurca, incomposita esse quae antiquioris poëtae musa protulit: tersa, elegantia, casta quaecunque recentioris. A qua sententia haud discrepant quae Plutarchi aequalis Quintilianus scripsit de Menandro arti oratoriae studentibus utilissimo *f*), neque quae Dio Prusaeus *g*). Numerorum autem et dictionis non pedestris vestigia haec habent crimina, quibus apud Plutarchum Aristophanes petitur:

ἐν τῆι κατασκευῆι μὲν οὖν τῶν ὀνομάτων
ἔνεστιν αὐτῶι τὸ τραγικόν, τὸ κωμικόν,
ἀσάφεια, πεζόν, σοβαρόν, ὄγκοσ, κοινότησ,
σπερμολογία, δίαρμα *h*) καὶ φλυαρία,

quae ab Euripide aliquo comico in Aeschylum aemulum coniecta esse dixerit quis. Nempe omnia permiscentem Aristophanem nescivisse suum cuique tribuere:

---

a) Anth. Pal. I 63. — *b*) Syr. in Hermog. IV p. 101 (em. Scaliger). — *c*) Fortuitum hoc videbatur Nauckio Arist. 250; at dictio quoque et ipsa sententiola poëtici quid habent. — *d*) Sellium sive Sillium incertae aetatis poëtam cognomine Homerum, qui *περιοχὰσ τῶν Μενάνδρου δραμάτων* scripsit, nominatim indicat Suidas. Soteridas II post Chr. saeculi grammaticus *εἰσ Μένανδρον ὑπόμνημα* scripsit teste Suida. — *e*) Plut. Mor. 853 sq. — *f*) Quint. X 1 § 69 sq. — *g*) Dio Prus. XVIII. — *h*) Id quod *τὸ διηρμένον* sive *tumor*, ex. gr. Mor. 165 *c*.

οἷον λέγω βασιλεῖ τὸν ὄγκον, τὸ σοβαρόν,
τὸ πεζὸν ἰδιώτηι, τὸ δεινὸν ῥήτορι,
γυναικὶ θἀπλοῦν, ἀγοραίωι τὸ φορτικόν·
ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ κλήρου τινὸσ τῶν ὀνομάτων
τὰ προστυχόντα τοῖσ προσώποισ ἀπονέμει,
κοὐκ ἂν διαγνοίησ πατήρ τισ εἴτε παῖσ
ὁ διαλεγόμενοσ εἴτ' ἄγροικοσ εἴτε γραῦσ
εἴτε θεὸσ εἴθ' ἥρωσ τίσ ἐστιν.

Haec nisi temere in versiculos sic sunt diremta *a*), apparet Plutarchum in Aristophanis arte contemtim describenda iambico aliquo carmine, quod ipso esset vetustius, usum esse. Et probabiliter si haec sunt disputata, suspicari licet ex eodem fonte ducta esse trimetrorum haec fragmenta, — non enim pedestris sunt sermonis, — quae praebet Suidas in Menandri Vita:

Μένανδροσ Ἀθηναῖοσ, κωμικὸσ ἀρχαῖοσ. καὶ ἕτεροσ Ἀθηναῖοσ, Διοπείθουσ καὶ Ἡγησιστράτησ, περὶ οὗ πολὺσ παρὰ πᾶσιν ὁ λόγοσ, κωμικὸσ τῆσ νέασ κωμωιδίασ,

τὰσ ὄψεισ στραβόσ,
ὀξὺσ δὲ τὸν νοῦν, ...
καὶ περὶ γυναῖκασ ἐκμανέστατοσ *b*).

γέγραφε κωμωιδίασ ρη´ καὶ ἐπιστολὰσ πρὸσ Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα, καὶ λόγουσ ἑτέρουσ πλείστουσ καταλογάδην.

Quibus in verbis „vetustiorem illum Menandrum" peperit mos inde a III° ante Chr. saeculo valens fabulas Menandri in publicis monumentis „ἀρχαίασ" vocandi, si cum novis fabulis in certamen essent propositae *c*). Epistulae ad Ptolemaeum Lagi f. num genuinae fuerint dubitare quam maxime licet, orationes spurias fuisse satis constat *d*).

Denique huc facit trimeter, quo de Menandro fertur iudicium:

Μένανδρον τὸν καλόν,
τὸν ἀστέρ' ὄντα τῆσ νέασ κωμωιδίασ *e*).

Multo minus honorifica de Menandro fuit sententia Atticistarum recentiorum. Non quo sales Aristophanei eis melius placuerint

---

a) In mss. haec sic sunt tradita: *ἔνεστι μὲν οὖν ἐν τῆι κατασκευῆι τῶν ὀνομάτων αὐτῶι τὸ τραγικόν, τὸ κωμικόν, τὸ σοβαρόν, τὸ πεζόν, ἀσάφεια, κοινότησ, ὄγκοσ καὶ δίαρμα, σπερμολογία καὶ φλυαρία ναυτιώδησ καὶ τοσαύτασ διαφορὰσ ἔχουσα καὶ ἀνομοιότητασ ἡ λέξισ οὐδὲ τὸ πρέπον ἑκάστωι καὶ οἰκεῖον ἀποδίδωσιν· οἷον λέγω βασιλεῖ τὸν ὄγκον, ῥήτορι τὴν δεινότητα, γυναικὶ τὸ ἁπλοῦν, ἰδιώτηι τὸ πεζόν, ἀγοραίωι τὸ φορτικόν· ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ κλήρου ἀπονέμει τοῖσ προσώποισ τὰ προστυχόντα τῶν ὀνομάτων, καὶ οὐκ ἂν διαγνοίησ εἴθ' υἱόσ ἐστιν εἴτε πατὴρ εἴτ' ἄγροικοσ εἴτε θεὸσ εἴτε γραῦσ εἴτε ἥρωσ ὁ διαλεγόμενοσ*, Mor. 853 *c, d*. — *b*) Traditum est *στραβὸσ τὰσ ὄψεισ*, cetera ad litteram excripta. Etiam Alciphroni *δαιμονίωσ ἐρωτικόσ* dicitur Menander IV 2. Cur autem? Nonne propterea quod „nulla eius fabula sine amore fuit" (infra pag. XXI)? — *c*) Pag. IX *h*. — *d*) Quint. X 1 § 70, Meineke Men. et Phil. XXXII sq. — *e*) Dionysius Thrax in Bekk. Anecd. 749, Eustath. 1776,48: *τὸν καλὸν Μένανδρον ἀστέρα τῆσ νέασ κωμωιδίασ*.

quam Plutarcho; sed Aristophanis demum dictio sinceram linguae Atticae normam praebere eis videbatur, Menandri autem lingua nimis multis verbis verborumque formis aetatis recentioris in deterius ruentis esse inquinata. Itaque cum plus quam saeculi pars altera post Plutarchi illum libellum in lucem emissum praeterlapsa esset, Phrynichus Arabs atticismi propugnator acerrimus, contra Lollianum et Polemonem et Favorinum Plutarchi amicum ipsumque Plutarchum *a*) animose disputans statuit Attice loqui et scribere cupientibus Aristophanem esse sequendum, vilipendendum autem Menandrum, quem cur tantis laudibus multi extollerent mirari se: „οὐχ ὁρῶ,' μὰ τὸν Ἡρακλέα, τί πάσχουσιν οἱ τὸν Μένανδρον μέγαν αἴροντεσ καὶ ὑπὲρ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν", istum videlicet poëtam qui — — quid deliquisset? vitamne humanam non satis ex vero vel non satis vivide vel parum facetis verbis pinxisset? Haud ita, sed qui „ὀψώνιον" et „δύσριγον" aliaque vocabula „parum Attica" — non enim apud Aristophanem inventa — in suas fabulas admisisset *b*).

Phrynichi crimina diluebat Orus; qui eo tamen argumento, quod unum ad rem faciebat, usus esse non videtur: cum ceteris rebus humanis et verba mutari; bonum, sincerum, genuinum esse quicquid vivens pariat lingua, neque improbandum esse poëtam scenicum, qui aequalium vitam domesticam in pulpito referens ipsorum iis verba tribuat, ineptus potius dicendus si aliter in theatro, aliter in ipsa vita loqui eos iuberet.

Cum Aristophane Menandrum saepe collatum esse vidimus: etiam cum Philemone aequali est collatus, et multae sententiae monostichi ex utriusque fabulis in usum puerorum excerptae sunt; quod florilegium et hodie extat, versibus multis a comoedia alienis auctum.

Stulto dein errore cum saeculo VI⁰ aut antea permutata essent nomina *Philemonis* poëtae comici et *Philistionis* mimographi, qui Augusti aetate artem mimicam invexit Romam *c*), circumferri coepit misellum quoddam opusculum *Menandri et Philistionis comparatio*, nomine prorsus inepto inscriptum, — nulla enim comparatio inest, — florilegiorum autem pannos utcumque consutos exhibens. Quod in deterius etiam mutatum et vitiis vere barbaris passim infectum extat in saeculi XVi exeuntis codice Parisino *d*).

---

a) Phryn. 278 Lob. s. v. σύγκρισισ. — *b*) Ibid. p. 418. Alia vocabula „ἀδόκιμα" sive iis qui dictione pura velint uti non admittenda ex Menandro complura proferuntur p. 415—417; cf. etiam p. 433, 440, 442, Phot. Bibl. 158. — *c*) Erroris testis est Choricius in Apologia Mimorum § 18, ed. Graux Rev. de Philol. 1877; eum enim „qui mimorum artem invexit" hic appellat Menandri sodalem et γνώμαισ ἐμμέτροισ cum eo certasse ait. Aliter de illo loco iudicarunt Graux primus editor et Kock Fragm. Com. III p. IV, sed vera videtur, quae supra expressa est, sententia Studemundi. — *d*) Cobet Nov. Lect. 43 sq.; post Rigaltium 1613 et Rutgersium 1618 (Var. Lect. IV p. 355—367) melius edidit Studemund 1887 in Indice Lect. Vratisl., qui et ex aliis codicibus excerptas similes nugas appendicis loco addidit.

§ 2.

Alexandri Magni consilia cum fracta essent fato immaturo, Athenienses Graeciam in libertatem denuo asserere conati sunt generosius quam cautius; superiores autem cum sociis aliquantisper facti, mox spe exciderunt terra marique devicti; et is, qui oratione publica cives pro patria mortuos more maiorum laudavit, sibi ipsi — nam breve post ab hostium duce interemtus est — et Athenarum libertati orationem funebrem habuisse dici potest Hyperides *a*). Eodem tempore Demosthenes morte voluntaria functus est, sociis autem destituti et ad ultimam inopiam redacti Athenienses in fidem atque arbitratum victorum Macedonum se suosque et urbem permiserunt. Ante annos tredecim Thebas victas deleverat Alexander: leniorem iam Antipater dux hostium se praestitit erga Athenas; non enim evertit urbem nihilo leviora commeritam, non interemit puberes neque in servitutem redegit incolas. Duram tamen eius manum civitas sensit; nam omnes Athenienses, quibus census viginti minis erat inferior, urbe sunt eiecti iure civium ademto: sic cautum est videlicet, ne in novas turbas rueret vulgus inquietum. Urbe pulsi Athenienses non iam cives, in Thraciam sunt deportati, duodecim milia numero; ceteri vero, quibus erat quod amittere possent, — novem autem erant milia, — rem publicam legibus Solonis denuo temperatam capessere sunt iussi; et ne qua posthac esset occasio tumultuandi, Antipater Munichiae in portu Athenarum collocavit praesidium militum Macedonum. Penes huius praesidii praefectum iam erat summa potestas: illo invito nihil fiebat, fieri nihil poterat *b*).

Finis hic fuit Athenarum liberarum. Quamquam species certe rerum pristinarum post Antipatri mortem sensim est reducta. Nam duodecim illis milibus Atheniensium in Thracia exulantium tunc permissum est ut urbem natalem repeterent, et omnibus inter eos, quibus decem minis res familiaris haud esset inferior, iura civium sunt reddita *c*). Mox vero Cassandro iubente rebus praepositus est Demetrius Phalereus, *procurator urbis* vocatus *d*), et sic regem vel tyrannum, sed nomine ab institutis patriis non abhorrenti ornatum, sibi dedit populus ille, qui iura sua per duo saecula fortiter defendens Harmodium et Aristogitonem tyrannicidas ut semideos coluerat, cum perire quam alienis paucorumve civium iussis obtemperare mallet. Unus homo iam dominabatur, licet regimine populari uti civitas etiam diceretur *e*); Cassandri satrapa erat urbis ille procu-

a) Anno 322, Hyperid. VI, Diodor. XVIII 13. Huius belli apud Menandrum fr. 52 in transitu fit mentio. — *b*) Diodor. XVIII 18, Plut. Phoc. 28. — *c*) Diodor. XVIII 56, 66, 74, ad Disc. 621—623. — *d*) *ἐπιμελητὴσ τῆσ πόλεωσ*, anno 317, Diodor. XVIII 74. — *e*) Strab. 398 Plut. Demetr. 11.

rator, prudens ceteroquin et benevolus et inter curam negotiorum publicorum vacans litteris — ut olim Pisistratidae — librisque conscribendis [a]), amicus Theophrasti philosophi et Menandri poëtae comici. Graviorum autem rerum cum vix ullum ei relictum esset arbitrium, levioribus certe animum intendit, ut civibus prodesset pro viribus operam dans. Sic νομοφύλακασ sive legum custodes instituendos curavit, collegio τῶν γυναικονόμων creato et legibus sumtuariis latis studuit funerum epularumque sumtibus in communi penuria concidendis [b]), in sophistas severum se praestitit [c]).

Decem annos Demetrius Phalereus Athenis praefuit: tum pulsus est ab eiusdem nominis principe Macedone, Antigoni filio, qui „ad Graeciam liberandam" adesse se profitebatur. Thebas confugit, postea in Aegyptum, ubi vixit usque ad mortem; Menandro autem poëtae eius amicitia non nihil periculi attulisse fertur [d]). Munychiae castellum eversum, praesidium pulsum est: post tria lustra sui denuo iuris erat civitas Atheniensium, et Imbrus insula ei est reddita [e]). Samum iam pridem recuperaverat [f]).

Sed libertate parum dignos Athenienses se praestiterunt liberatoribus adulando. Demetrio eiusque patri Antigono cultus divinus est institutus, ara dedicata ut servatoribus, sacra annua sunt decreta [g]), aureae statuae in foro sunt collocatae iuxta signa adulescentum illorum, qui Hipparchum olim trucidaverant tyrannum; novae tribus duae Demetrias et Antigonis sunt dictae et avitis illis in recensionibus antepositae: hos iam heroës subsequebantur Erechtheus, Aegeus, ceteri. Munichion mensis Demetrion est dictus, postremus eius dies Demetrias; in peplo, quod in Minervae festum Panathenaicum parabatur, acu pictae sunt imagines Antigoni et Demetrii, ut qui facinora a dea urbis praeside in Gigantomachia perpetrata aequassent [h]). Quin Dionyso deo indigite Demetrius cum potior haberetur, Demetria iam appellata sunt ludicra illa, quae Dionysia hactenus fuerant dicta. Nempe Atheniensibus, quibus sordebat Dionysus in scena comica toties derisus [i]), haud gravis erat novus deus Demetrius: pluris hunc faciebant quam illum, ut praesentissimum auxilium ferentem [j]).

At mox, dum Demetrius patris nomine bellum gerit in Cypro Rhodoque, Graeciam denuo invasit Cassander. Post triennium vero Demetrius illuc rediit, devicta Cypro et pace cum Rhodiis inita. Regis tunc nomen assumsit: parum nimirum ei patrive videbatur

---

a) Titulorum indicem dedit Diog. Laërt. V § 80 sq. — *b*) Men. fr. 272 apud Athen. 245 *b*, *c*, Cic. Leg. II 26. — *c*) Alex. fr. 94. — *d*) Diog. Laërt. V § 79. — *e*) Anno 307. — *f*) Anno 317, Diodor. XVIII 56. — *g*) Per annos viginti haec viguerunt. — *h*) Ar. Eq. 566. Quae vestis impia cum in arcem pompa sollemni deferretur, subita procella oborta fertur esse discissa, Plut. Demetr. 12. — *i*) Ar. Ran. Proleg. p. XV sq. — *j*) Diodor. XX 45 sq., Plut. Demetr. 10-12.

deum dici. Cassandrum brevi eiecit ex Attica, e Sicyone, e Corintho, ex Achaia, ex Arcadia *a*); iamque iterum victor Athenas intrans quibusnam honoribus cumulari etiam potuit? — Quam comicus rem olim finxerat in Lysistratae fabulae exitu, optima tunc suadens ridendo, eam veram iam praestiterunt cives: in Virginis aede structae sunt epulae; in sanctissima deae cella Demetrio stetit cubile. Ibi tunc τῶν πατρίων θεῶν ὑπερφρονῶν cenavit Demetrius urbium expugnator, deus et rex factus,

τὴν ἀκρόπολιν πανδοκεῖον ὑπολαβὼν
καὶ τὰσ ἑταίρασ εἰσαγαγὼν τῆι παρθένωι *b*),

et ingentem vim pecuniae a civibus alacri animo collectam ipsique honoris causa donatam Lamiae ceterisque meretricibus in lomentum dedisse fertur. Mysteriis autem cum novus hic Hercules initiari cuperet, quae nisi praestitutis diebus fieri nefas erat, ipsa sidera ei obtemperare sunt iussa; nam excisis anni partibus tribus e Munichione sive Demetrione mense subito factus est Anthesterion et parvorum Mysteriorum aderat tempus, dein sex etiam mensibus expunctis extemplo insecutus est mensis Boëdromion et magnis quoque Mysteriis ille est initiatus; quin et epoptarum dignitas in eum est collata, quasi novus etiam annus praeteriisset totus. Deos vilipendi, solis lunaeve rationem nullam haberi minus grave tunc videbatur Atheniensibus quam Demetrium iuberi expectare donec singulis sacris iustus adesset dies *c*).

Anno proximo ad Ipsum in Phrygia fusae sunt Antigoni Demetriique copiae; ipse Antigonus occisus. Concidisse ferebatur Demetrii potestas, et Athenis rerum potitus Lachares civis audax novum illum Minervae fratrem urbe exclusit profugum *d*). At non penitus fractae erant Demetrii vires: mox denuo adfuit ad urbem oppugnandam; quae fame coërcita cum portas ei aperuisset, saevum quidem victorem non est experta, attamen amisit libertatem ab illo olim sibi datam. Praesidia Macedonica collocata sunt denuo in portu atque in ipsius adeo urbis colle Museo *e*). Antipatros et Cassandros imitatus est Demetrius.

Post annos decem Demetrius magnis ausis excidit, dein quinto anno post vita functus est captivus inglorius Sed ad Menandri vitam haec non pertinent.

§ 3.

Primam fabulam Menander in certamen commisit eo anno, quo Antipater Athenis praeposuit praesidium Macedonicum *f*); diem cum

---

a) Anno 302, Diodor. XX 102 sq., Plut. Demetr. 25; cf. Men. Circ. 5. — *b*) Philippid. fr. 25. — *c*) Plut. Demetr. 24-26. — *d*) Anno 300. — *e*) Plut. Demetr. 33 sq. Demetr. com. fr. 1 Pausan. I 25, anno 297. — *f*) Anno 322/1.

obiit supremum, urbem praesidium tenebat denuo [a]). His verbis indicatus est orbis, intra quem poëtae ars est versata. Tum cum Aristophanes est mortuus, poëta Athenarum florentium, dein bello civiumque discidiis fractarum, nondum natus erat Demosthenes, quem postremum patronum habuit Atheniensium civitas libera: nunc cum Demosthene obiit Graeciae Athenarumque libertas, et in theatro Atheniensi non est locus de republica libere loquentibus. Dum barbarorum ingens et Graecis tantopere olim metuenda illa potestas corruit, dum crescit quod multo maius fuit imperium victoris Macedonis et mox dissolvitur, dum copiarum duces inter se concertantes sanguine miscent Asiam miscentque Europam, in theatro ista vix semel et iterum leni cautoque digito indicantur. Mortua est comoedia prisca; non iam publica in proscenio vel in orchestra agitur res, sed vita privata hominum modicorum, quales soli huic aevo apti videntur, et extra Athenas in vico aliquo rustico [b]) vel peregre [c]) agi saepe fingitur.

Attamen artis Aristophaneae heres fuit Menander. Nam licet novi temporis indicia plurima habeant eius fabulae, ea quae prisca ei comoedia praebebat suos in usus pro re nata convertit perpetuo: alia ut esset indoles, species mansit simillima.

Initium fabularum facere solebat ministrorum duorum colloquium, ut olim Aristophanearum. Qui cum spectatorum animos in se et in ipsam fabulam convertissent, soliloquio aliquo vel ad spectatores allocutione exponebatur rerum argumentum [d]), et brevi post orchestram intrabat chorus. Qualia quam fuere similia exordio Equitum vel Vesparum vel Pacis, et quam tamen dissimilia! Nam quae spectatores scire oportebat, saepe non mortalis aliquis proferebat, sed daemon caelesve, Error vel Salus vel Lar familiaris, ut in tragoedia Euripidea. Chorus autem, qui non poterat omitti, quia scenica certamina ex ipsis chororum canticis orta sine his institui posse non videbantur, aderat quidem, canebat, saltabat, sed quod diceret ageretve non habebat, multumque aberat ut actoris etiam fungeretur officio. Molestus fuit Menandro, ut fuerat Euripidi ipsique Aristophani senescenti. Rebus quae agebantur non immiscebat se, neque ullae in colloquiis partes erant coryphaei, sed comissatores illi, qui chorum iam efficiebant [e]), cum in orchestram causa qualicumque prolata invasissent, cantabant nonnulla, ut pulcra fortasse et lepida, sic prorsus inutilia, quippe quae ad ipsam fabulam non pertinerent; ludendo explebant actuum intervalla, ad ipsam actionem nihil conferebant, — reversi videlicet ad iocos κώμων illorum avito-

---

a) Anno 292/1. — *b*) Heros, Disceptantes, Heauton timorumenos. — *c*) Ex. gr. Corinthi in Circumtonsa. — *d*) Clara rei exempla extant in Circumtonsa, in Samia in Plauti Milite et Cistellaria, et in Heroë idem obtinuisse efficitur ex ordine, quo nomina se excipiunt in indice personarum, quem codex argumento habet praemissum. — *e*) Disc. 34 sq. Circ. 71.

rum, ex quorum arte primitiva comoedia Attica pridem procrevit, quae autem in proscenio agebantur non tangentes, nedum de rebus publicis si quid videretur libere proferendo molestias sibi, chorego, poëtae pararent a senatu vel — quod gravius — a Munychiae praefecto peregrino. Quapropter chartis non sunt tradita quae cecinerunt *a*); „ludit chorus" *b*) annotatum est in exemplaribus manuscriptis post singulos actus *c*): quid luserit ignoratur, et potuit modo hoc, modo illud canticum pro lubito inseri ab eo qui fabulam docebat. Quae omissa efficiunt ut lectoribus hodiernis Menandri fabulae Aristophaneis breviores videantur, licet par fere temporis spatium tum cum actae sunt expleverint utraeque. Neque a choro illo supervacuo ducebant nomen, ut Aristophanis Acharnenses et Aves aliaque centena priscae artis dramata, sed a fabulae argumento, ut Plutus Aristophanis opus senile.

Fictae autem res et privata hominum vita tractabantur, nec nisi semel et iterum in transitu cum risu indicabatur homo spectatoribus cognitus, non sane aliquis eorum qui summo erant loco, sed adulator vel heluo vel procurator fraudulentus *d*), vel aerumnae quotidianae leniter sic tangebantur: „multi iam per totam Graeciam quamcumque ob causam miseri sunt" *e*), vel sic: „mortuus tunc est ille, fames enim erat" *f*). Olim a quovis agnitus fuerat Bullio ille, proles ingenii Aristophanei, licet ludicro designaretur nomine, et Hyperbolus vel Cleophon haud quaquam tecte tunc deridendus proponebatur: nunc sedulo cautum est ne quis civis vel peregrinus sub nomine Smicrinis vel Moschionis vel Thrasonidae se peti posset putare. Quin ipse vultus ab ipsius vitae hominibus secernebat eos qui in proscenio versabantur; nam larvarum certa aliquot et ad quaslibet fabulas agendas idonea iam obtinebant genera *g*). Quae ore distorto et vix humano fuisse feruntur *h*), sic cautum esse nimirum ne militibus Macedonibus Munichiam tenentibus moveretur bilis. Et licet talibus grammaticorum sero natorum verbis non nisi ex parte sit credendum, — nam fidei prorsus est absonum poëtam puellis illis teneris et amabilibus, ceterisque quos tanto studio pinxit mortalibus, faciem horrendam vel ludicram tribuisse, — hoc tamen certum est, verendum non fuisse ne delatoribus quantumvis suspi-

a) Canticorum deperditorum vestigia fortasse habet Plaut. Curc. 462 sqq. — *b*) „χοροῦ", ut in Pluto Aristophanis (Plut. Proleg. p. XXI); intermedii autem temporis monumentum habent Ecclesiazusae vs. 729, 826 (1111). Imitatores vero Romani umbram hanc artis vetustae, quae non requirebatur ubi *certamina* scenica nulla erant, salvis autem fabulis poterat abesse, omnino neglexerunt. — *c*) Item in fragmentis fabulae ignotae, quae e saeculi ante Chr. IIi papyro edidit Jouguet Bull. de corr. Hell. 1906, 103-149. — *d*) Sam. 258-263 Circ. 90-93 fr. 363 Diphil. 38. — *e*) Circ. 282-284, cf. et vs. 5. — *f*) Her. 30 sq. — *g*) Poll. IV § 143-154; cf. Robert die Masken der neuen attischen Komödie Halle 1911. — *h*) ἐξεστραμμένον τὸ στόμα καὶ οὐδὲ κατ' ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντες, Platonius quidam ex vetustioris grammatici auctoritate, Proleg. ad Arist. p. 186 sq.

cacibus atque malignis criminandi materiem praeberent Menandri fabulae.

Sic Menander, spretis quae fortuita et caeco casui subdita sunt in studiis atque vicissitudinibus vitae quotidianae, ea verbis pinxit quae omnium aetatum et omnium locorum sunt, non certorum aliquorum civium vultus spectatoribus ostendens, sed a singulis ad genera profectus et quae huic vel illi peculiaria erant neglegens, ut ea quae multis semper et passim fuere propria intra scenae fines angustos exhiberet ex vero expressa. Aristophanes ut demonstraret, quid moribus iuvenum et vitae communi instaret periculi a praeceptoribus improbis, in certum quendam civem intendit digitum, et in hunc contulit quicquid singuli qui clari tunc erant magistri videbantur habere pravi vel ludicri, — dum ad eam quae omnium saeculorum est veritatem assurgit, iniquissimum se praestans erga eum, quem aequalibus deridendum et contemnendum proponebat, Socratem; Menander vero nulla notorum hominum nomina captans, in fictis personis vitam humanam spectandam exhibebat. E rebus quotidianis desumti videntur mortales illi, quos creavit ingenium poëtae; haud miris autem aut incredibilibus aut fabulosis fortunae casibus immiscentur, sed talibus quales vita saepe habet, nunquam non potest habere. Quae in proscenio fiunt, nullo stupore spectatores percellunt, sed viis ex ipso vitae decursu bene cognitis tenditur in finem eminus adspectum et sine vi ullisve miraculis attingendum. Raro autem inexpectati quid habet ratio, qua solvitur nodus tam eleganter quam probabiliter a poëta complicatus. Cui persuasum erat res humanas neque caeco casu ruere, neque pro lubidine a dis administrari, sed hominum indole atque ingenio divinitus insitis constitui eorum sortem sive felicem sive miseram *a*).

Hominum autem genera quoniam haud tam crebra in pulpitum inducebantur quin certo aliquo vultu et comptu et vestitu inter se distingui possent singula *b*), quadamtenus sic sive ab ipso poëta sive ab iis qui postea eius dramata scenae commiserunt subventum est incommodo ei, de quo facete quondam conquestus Antiphanes perhibuit tragicis poëtis facilius esse officio suo recte perfungi quam comicis; illis praesto semper esse materiem in vulgus cognitam, his suam sibi conquirendam esse *c*). Nam Oedipi vel Hecubae nomine audito quivis statim spectator sciebat quid ageretur, comicus vero postquam Smicrinem suum et Moschionem, postquam Pamphilam et Glyceram creavit, multa spectatoribus de iis habebat enarranda, ne qua res neglecta offuscaret dramatis contextum.

Neque admodum crebris multumve inter se diversis rationibus poëta comicus est usus ad fabularum nodos vinciendos rursusque expediendos, sed pridem acta haud raro tam feliciter repetivit ut

a) Disc. 627-630 Circ. 42-50, 443 sq. Adul. 23-33 Cicut. 18-20. — *b*) Poll. l. l. (pag. XVII *g*). — *c*) Antiphan. fr. 191.

is qui duarum fabularum inter se similium utramvis nosset, ambas cognitas habere posset dici *a*). Quod qui perhibebat, addidit:

„non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
dissimili oratione sunt factae et stilo",

ultimis verbis id indicans quod ars poëtae praecipuum habuit, ut quae recte semel ducta essent lineamenta, identidem mutatis umbris et coloribus nova semper fierent. Non enim inaudita perpetuo sectabatur Menander, neque ad hominum casus miris modis perplexos excogitandos exhauriebat thesauros ingenii, sed ita Andriae puellae sortem sorti Perinthiae, ita Chrysidem Glycerae vel Pamphilam Myrrhinae, ita Polemonem Thrasonidae assimulabat, ita Phidias suos et Moschiones inter se faciebat similes ut alii tamen semper procederent et nova oreretur rerum facies *b*). Neque poterat fieri quin is qui eas fabulas contaminavit Terentius, meliora novisque virtutibus insignia opera sic proditura ratus, revera eas corrumperet et, quod criminati sunt obtrectatores, e multis bonisque Graecis Latinas paucas et haud bonas — certe multo minus bonas — faceret *c*). Nam quae praesertim eximia et vere admirabilia ars Menandri habebat, orationis lenem splendorem et acumen stili, ea ut recte semper agnoverit imitator Latinus, quae neganda potius videtur res quam affirmanda, at in fabulas a se versas transferre non poterat, „dimidiatum" quendam Menandrum praestans *d*) et ipsum in Menandro Menandrum perimens, quippe qui sermonis quidem puritate exemplum Graecum aequaret, comica vero virtute ei impar esset.

Posteros autem editores in fabulis ordinandis non secutos esse rationem annorum, quibus singulae in certamen sunt commissae, — qui ordo utile vix quicquam videbatur habere, quoniam res publicae a Menandro non tangebantur *e*), — sed eas quae cognati erant argumenti coniunxisse, testantur reliquiae codicis Cairensis *f*); hic enim quatuor ad minimum habuit fabulas in infantis vel gemellorum expositorum sorte versatas *g*).

Ut in fabularum argumentis componendis, sic in versibus scri-

a) Ter. Andr. 10-12. — *b*) „In similibus fundamentis dissimilia aedificia extruens" (Körte). — *c*) Ter. Eun. 8 Heaut. 17 sq. Ad. 10 sq. — *d*) Iulius Caesar in versibus a Donato in Vita Terentii allatis. Cf. Gell. II 23. — *e*) Iis quidem, qui mutatam sensim et excultam poëtae artem cognoscere cupiebant, necessarium erat scire quo ordine ille fabulas suas docuisset, et huiusmodi studiorum testis est II[i] saeculi papyrus Oxyrhynchia 1235; qui liber cum integer erat, singularum fabularum annum et argumentum exhibebat, nunc solius Ἱερεῖα superest argumentum, et lacunosum quidem, dein Ἴμβριοι — alphabetice fabulas ordinatas fuisse apparet — dicitur scripta esse archonte Nicocle (anno 302/1), ut Dionysiis ageretur, quo tamen anno propter turbas Lacharis data non esse, sed postea a Callippo scenae esse commissa, septuagesima [....]a autem poëtae fabula fuisse. Sed talia quotus quisque lector curavit unquam! — *f*) Infra Fragm. A. — *g*) Simili editione usum esse Terentium, in qua Andriae vicina esset Perinthia, est cur suspicetur quis. Cf. nota *a*.

bendis facili simplicitati Menander studuit, — spretis dictionis ornatae vocibus exquisitis et insolitis. Quae studia in sanguinem succumque ei adeo verterunt ut sponte simplex fieret quicquid loquebantur quos inducebat homines, et vitae verba communia ex illorum ore audirentur. Versus sonoros ut procuderet non dabat operam, sed ut personis quae agebant et rebus quae agebantur congrueret dictio, in trimetris componendis vel laxioribus usus numeris quam oratores in dictione soluta *a*). Ex ipso populi ore desumta verba proferre videtur; in vitae domesticae conclavibus sic loquebantur parentes et liberi, heri et ministri; in macello et in tabernis talibus vocibus utebatur plebecula, utebantur mancipia, et vix animadvertitur rhythmus numerorum, quibus poëta eorum orationem adstrinxit. Qualia aestimatoribus ignaris non poterant non vulgaria exiguique pretii videri eam ipsam ob causam quod artis erant egregiae atque reconditae; et ardelioni alicui si Menander roganti an bene cederet fabula quam faciebat, revera respondit id quod respondisse fertur: „perfectam esse, nihil enim restare agendum nisi ut versiculis eam includeret" *b*), iocans tunc imposuit homini imperito et vix ullius artis id esse opus facile credenti, praesto enim poëtae esse plurimas quibus uti solebat voculas in triviis auditas. An aevi recentis sculptor ille, qui mulierculae roganti quomodo statua fieret respondit: „res facillima; paratur lapis, dein reciduntur supervacua et statua restat" seria tunc egisse videtur?

Sed fortasse posterorum aliquis illud dicterium finxit et Menandro tribuit, hodiernis lectoribus invitus sic demonstrans non cuiusvis hominis esse artis opus suo aestimare pretio, et laudans poëtam dum neglegentiam quandam in versibus scribendis carpere sibi videtur. Nam facile quidem et libenter credimus non diu multumque suis trimetris insudasse poëtam cui ars artem celandi e consuetudine in naturam venisset, et cito ei cessisse quod tam facile cederet opus, sed parum eum curasse quomodo diceret quae dicere haberet, id in animum inducere sibi nequit quisquis auribus non caret et eius fabulas satis habet cognitas.

Inepta autem sunt crimina sero natorum hominum illorum, qui „malas" voces in eius operibus notarunt plurimas, idcirco improbantes quod apud aevi vetustioris poëtas comicos non legerentur, et vitio dantes Menandro quod suae aetatis mortales in pulpito scenico ea verba proferre iussit quibus in ipsa vita utebantur, nihil curans quae saeculo anteriore in Attica sive dicta fuissent sive non dicta *c*).

Praeter trimetrum iambicum, usurpavit tetrametrum trochaicum, vehementioribus colloquiis aptum *d*); neque ab anapaestis omnino

---

a) Demosthenes brevium plurium quam duarum iuncturam vitabat, Menander passim admisit. — *b*) Plut. Mor. 347 *f*. — *c*) Pag. XII. — *d*) Circ. 77 sqq.; Eupolideos vero numeros (chori igitur aliquem versum) Meineke in fr. 835 frustra quaerebat.

abstinuit *a*), fortasse etiam numeros lyricos in unum et alterum locum admisit, ubi res praeter morem eiusmodi quid posceret *b*).

Dictionis igitur cum habetur ratio, soluto vitae quotidianae sermoni proxima videtur Menandri ars. Cuius rei documento sunt etiam asyndeta apud eum creberrima *c*), τῶι λελυμένωι autem dicendi generi propria, ex. gr.:

ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω, φιλῶ *d*).

Cum vero spectatur materies in fabulis ab eo tractata et ipsa eius artis indoles, apparet ab Euripide eum propius distare, recentiorem cordis humani — feminei praesertim — pictorem *e*) a vetustiore, discipulum a magistro. Quem maxime admiratus dum sequitur in opere diverso *f*) et e Creüsa vel Auge tragica Myrrhinam suam vel Pamphilam, ex Ione vel Hercule Moschiones suos et Charisios facit *g*), quavis in fabula probat id quod Socrates olim Agathonis illi convivio accumbens demonstratum ibat *h*), unius eiusdemque artis esse dramata comica atque tragica, verbis quidem et rebus et omni specie inter se dissimillima, sed eo meliora utraque quo fideliorem exhibeant vitae humanae imaginem. Quin fuit cum etiam dictione ad tragicum poëtam propius accedens diverbio stichomythico includeret eam fabulae partem, in qua fiebat agnitio et res quae agebantur supra soccum quadamtenus assurgebant, numeris nihilo minus severis tunc usus quam Euripides vel Sophocles *i*).

Amoris autem potissimum in corde mortalium potestas ei praebuit fabularum argumenta *j*):

„fabula iucundi nulla est sine amore Menandri" *k*).

At amorem qui dicit, is dicit mulieres. Quibus in scena Aristophanis aliqui sensim locus est factus *l*), Menander vero — ut ante eum Euripides — in mulierum praesertim indole et studiis pingendis fuit totus. Quod autem poëta Latinus querula voce addebat:

„et solet hic pueris virginibusque legi",

quasi musae amatoriae nihil non videretur concessum ubi Menandro tantus staret honor, id erat aegritudine abrepti et inique iudicantis; nam laus illa, qua comicus Graecus apud cultissimum quemque florebat, nihil habebat quod aut miraretur quis aut indignaretur *m*).

---

a) Adul. fr. 7 (?), 27 (?), 312 sq. — *b*) In Theophorumena, schol. Eur. Andr. 103. — *c*) Menander: Aristophanes = 5 : 2 (Warnecke). — *d*) Fr. 763; quo exemplo usus est Demetrius de Eloc. 193. Cf. Arist. Rhet. III 12. Aptum exemplum est etiam Disc. 95-99. — *e*) Postquam e fragmentis Cairensibus innotuerunt Pamphila, Glycera, Chrysis feminae generosae et amabiles, haud facile quis de poëtae arte prolaturus est sententiam talem qualis haec fuit critici aetatis prioris: „die Frauenrollen treten zurück und jedes empfindsame Motiv fällt fort" (Bernhardy, Gr. Litt.[3] III 694). — *f*) Quint. X 1 § 69. — *g*) Pag. 2 *l*, 12 *f*, 13 *c*, Disc. 229, 659. — *h*) Plat. Conv. in fine. — *i*) Circ. 349 sqq. — *j*) ἁπάντων τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἓν συνεκτικόν ἐστιν ὁ ἔρωσ, Plut. apud Stob. Serm. LXI 393. Haec videtur fuisse causa ob quam a posteris δαιμονίωσ ἐρωτικόσ et περὶ γυναῖκασ ἐκμανέστατοσ dictus est, supra pag. XI *b*. — *k*) Ovid. Trist. II 370. — *l*) Ar. Eccl. Proleg. I-XVIII. — *m*) Plut. Mor. 712 *c*.

Amorem Menander pinxit, non amores; ita autem pinxit ut lascivi impurive nihil admisceret, et sicubi vox minus casta ei excidit, a solito ei dicendi genere tantopere discrepat ut admirans lector hodiernus rogitet etiamne Menandri sit verbulum parum honestum *a*). Quae sunt turpia, reticet, aversatur, spernit; aut si flagitat res ut vitium puellae oblatum vel eiusmodi quid indicetur, paucis et haud indecoris verbis significat. Vero autem amore tactos multos viros et feminas induxit, et vel humillimae condicionis nonnullos homines eximiis cordis dotibus ornavit. Ex quorum numero est servus ille, qui cum comperisset puellam, quam amore tenerrimo diligebat, a temulento quodam iuvene esse compressam et partui proximam, facinoris culpam in se transtulit ipse et uxorem eam libentissime ducturum se dixit *b*). Etiam mancipiorum dolores et gaudia curabat ars Menandrea *c*), neque alienus ab ea fuit servus philosophans *d*).

Sic igitur evenit ut id quod Aristophanes in Euripidis fabulis vehementer improbaverat, vitae quotidianae imago in theatro exhibita, arti illius poëtae comici, qui inter Aristophanis successores facile princeps fuit *e*), ita substrueretur fundamentum atque principium, ut non heroës heroinaeque prodirent, sed Moschionibus et Pamphilis et Lachetibus cum moribus studiisque etiam nomina ea tribuerentur quibus in ipsa vita utebantur homines. Non inter deos, ut in prisci comici Pace; non per caeli campos immensos, ut in Avibus; non apud inferos, ut in Ranis, sed inter ipsos mortales iam versabatur musa comica, statura musam Aristophaneam referens, vultu vero Euripideam, et terram firmam, terram almam, terram omnium animantium parentem obtinens, ubi per saecula quae secuta sunt erat permansura.

---

a) Circ. 232-234, 242 sq. Perinth. 18 Phasm. 42 fr. 462[11]. Iocis talibus, qualibus ex. gr. Diphilus in Theseo, Menandrum nunquam usum esse tute statuere licet. — *b*) Davus in Heroë fabula, dissimillimus Aristophanis illis Xanthiis Sosiisque et novi aevi prolem ipso nomine se praestans. — *c*) Quem fortasse contulerit quis, Tyndarum mancipium ex Plauti sive Anaxandridae Captivis, mediae quae vocatur comoediae dramate, eum non verum servum vel barbarum poëta fecit, sed ingenuis natalibus editum civem Graecum. — *d*) Onesimus in exitu Disceptantium, minister senex in Phasmate, alius quis in fr. 531. — *e*) Quid distent aera lupinis, sive Demophilo et Apollodoro quique similis notae fuere poëtis quid distaret Menander, quivis sentit cum Asinariam Plauti cum Terentii Adelphis vel huius Phormionem cum illius Bacchisi confert. E florilegiorum vero excerptis cognoscuntur sententiolae, non cognoscitur singulorum poëtarum ars; et ipsa quae aetatem tulerunt opera imitatorum Romanorum parum sufficere ad cognoscendas eas quas illi imitati sunt fabulas Graecas, luculento exemplo docet Stichus Plauti fabula, lacunosa quidem, maiore tamen ex parte integra, quae nullius iam videtur pretii atque fere inepta, immo ne fabula quidem, — e Menandri tamen fabula (Philadelphis?) oriunda.

CAPUT II.
DE EXEMPLARIBUS MANUSCRIPTIS.

Menandri fabulae per saecula multa oculis hominum fuere subductae. Cui desiderio ut succurreretur, *Henricus Stephanus* brevi post renatas litteras fecit initium colligendi versus a Plutarcho, Athenaeo, Stobaeo, aliis ex iis allatos *a*). Multo pleniorem et emendatiorem syllogen contulit *Hugo Grotius b*); quam cum infeliciter retractasset *Johannes Clericus c*), huius errores castigando optime de Menandro meruit *Ricardus Bentleius d*). Dein *Augustus Meineke* praestantissimum composuit corpus fragmentorum Menandreorum cunctorum, quae ipsius aetate innotuerant *e*). Hunc presse, sed passibus imparibus, secutus est *Theodorus Kock f*); qui cum Menandri reliquias edidit, usus est et aliis novis subsidiis quibusdam et fragmentis duobus, quae paucis annis ante evulgaverat *Cobet* in priscis membranis servata *g*).

Prima haec ex ipsis comici fabulis, non ex aliorum scriptorum operibus, prolata sunt Menandri fragmenta duo. Dein in papyrorum laciniis reperta sunt fragmenta quaedam *Agricolae h*), *Circumtonsae i*), *Adulatoris j*) fabularum.

A. Tenuia autem erant haec omnia, ut notatu dignissima, sic ad poëtae artem cognoscendam parum utilia. At mox nova his studiis affulsit lux, repertis amplis *Herois*, *Disceptantium*, *Circumtonsae*, *Samiae* et quintae alicuius fabulae *k*) fragmentis. Ad quae proximis annis fragmenta nonnulla accesserunt *l*).

---

a) Comicorum Graecorum sententiae, Paris. 1569. — *b*) Excerpta ex tragoediis et comoediis Graecis, Paris. 1616. — *c*) Menandri et Philemonis reliquiae, Amstel. 1709. — *d*) Emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex editione Clerici, sub nomine ficto Phileleutheri Lipsiensis cura Burmanni editae, Traiecti ad Rh. 1710. — *e*) Menandri et Philemonis reliquiae, Berol. 1823 et in IV° volumine Comicorum Atticorum fragmentorum 1841, ed. min. 1847. — *f*) In III° volumine Comicorum Atticorum fragmentorum, Berol. 1888. — *g*) In Mnemosyne anni 1876, ex apographo quod Tischendorf triginta annis ante confecerat et dono ei dederat; infra fragm. C (Disc. 1 sqq. et Phasm. 1 sqq.). — *h*) J. Nicole, Le Laboureur de Ménandre, Genav. 1898, mox melius B. P. Grenfell et A. S. Hunt, felici acumine Frederici Blass adiuti, Menanders *Γεωργόσ*, Oxon. 1898; infr. fr. G. — *i*) Grenfell-Hunt, Oxyrhynchus Papyri II, 1899; infra fragm. F. — *j*) Ibid. III 1903; infra fragm. J. — *k*) G. Lefebvre, Fragments d'un manuscrit de Ménandre, le Caire 1907; iterum 1911, emendatius et auctius additisque omnium foliorum et fragmentorum imaginibus: Papyrus de Ménandre (Catalogue général des antiquités égyptiennes du musée du Caire Nr. 43227); paginas 1 et 2 exhibet tabula 127 operis a Societate Palaeographica editi. Etiam *Eupolidis Demorum* fragmentum hinc innotuit: Mnemos. 1911, 129 sqq., A. Körte Berl. Phil. Woch. 1911, 1546 sq. — *l*) Infra fragm. B, D, E, H, J, K-Q.

Est oppidum Ishkaou prope Nili ripam sinistram situm *a*), ubi olim fuit Aphroditopolis urbs haud ignobilis *b*), Thebis vicina. Illic anno 1905 exeunte Gustavus Lefebvre cum casae caducae fundamenta perfoderet, incidit in rudera aediculae vetustae, cui recentior illa domus fuerat superstructa. Repperit ibi cadum praegrandem et tantum non incolumem, libris papyraceis VI[i] fere saeculi, in quibus testamenta, contractus, similia conscripta erant, repletum, superiacebant autem vetustioris codicis — nam codex erat, non volumen — duo folia simplicia et quinque duplicia, paginae viginti quatuor, fabularum Menandri, ut mox intellexit, fragmenta exhibentes; in solo sparsa iacebant eiusdem codicis tria folia duplicia sive paginae duodecim, et foliorum lacerorum fragmenta complura. Quae e quinque quaternionibus evulsa esse et quartam ut plurimum codicis partem effecisse apparuit.

Quaterniones olim ita fuere complicati ut singulorum foliorum facies horizontales papyri fibras ostendens faciem folii proximi premeret, simul cum hac oculis legentium se offerens *c*). Sic igitur singuli quaterniones fuere compositi:



Intima quaternionum folia supersunt duo *d*); omnino autem aetatem tulerunt paginae — ut iam dictum est — triginta sex et fragmenta nonnulla paginarum decem. Quae in museo publico urbis Cairo nunc asservantur. Pleraeque paginae codicis, qui IV[o] vel V[o] saeculo est exaratus, tenent versus 35, nonnullae 33—38.

Foliorum in ipso dolio repertorum uni, Circumtonsae versus 1—70 et 230—300 exhibenti, insertum erat id quod tenet Samiae versus 132—270, huic scheda versus 1—64 eiusdem fabulae continens. Dissolutus nimirum olim est codex ut notario amuso involucra testamentorum praeberet similesve usus praestaret.

Librarius litteras ut minus elegantes, sic claras et firmas pinxit, dextrorsum non nihil inclinatas *e*); graviores errores non multos

---

a) „A six ou sept kilomètres de la gare de Tema (moudiriéh de Girgéh, markaz de Tahta)" Lefebvre. — *b*) „Poëta Veneris resurrexit in Veneris oppido" Körte. — *c*) Körtii haec est observatio sagacissima et ad fragmenta iusto ordine disponenda perquam utilis; qui haec addidit: „codex papyraceus in hac re membranarum usum secutus esse videtur; nam si magna membrana ter complicatur, quaternio [*τετράδερμα*, pap. saeculi II[i] vel III[i] Oxyrh. 1294[4]] evadit, in quo easdem vices recti versique deprehendimus." — *d*) In quibus leguntur Disc. 190-327 et Circ. 71-216. — *e*) Littera *π* litterae *λ* est similis.

commisit. Etiam vitia orthographica rara sunt; sed saepius verborum ordo invitis numeris est perturbatus *a*); hic illic omissa sunt verba vel perperam addita. Cuiusmodi menda in versus tetrametros multo plura irrepserunt quam in trimetros.

Commentarii non sunt adscripti; non eruditis igitur hominibus destinata fuit haec Menandri editio, sed vulgo legentium. Hic illic librarius allevit accentuum spirituumque signa, multa autem addidit manus recentior.

Post longas vocales iota omittitur: εα (ἐᾶι), αγαθητυχη (ἀγαθῆι τύχηι), σαυτω (σαυτῶι), alia passim. Aliquoties tamen est additum, sine certa lege; ex. gr.: ωτιδημεαβοαισ | τιβοασανοητε *b*).

Singulis actibus — quorum quidem in his fragmentis extat finis — subscriptum est χορου.

Loquentium vices indicantur duobus punctis et subscripta versui paragrapho; ex. gr.:

φευγειστοδικαιον: συκοφαντεισδυστυχησ:
ουδεισ'εχειντατησ': επιτρεπτεοντινι
εστιπεριτουτων: κτέ.

Sed permultis locis signa: et — a librario perperam sunt addita *c*) vel omissa. Hic illic, ubi incertum videri poterat quis loqueretur, ipsum nomen loquentis in margine *d*) est adscriptum: γετ/ (Γέτασ), αβρ/ (Ἀβρότονον), πατ/ (Πάταικοσ), alia, minime tamen constanter et decrescente sensim librarii diligentia *e*).

Puncto (superiore, ut ea aetate solebat scribi) multa enuntiata sunt seiuncta; soni elisione premendi saepe ex pleno perscripti sunt, saepius solito signo indicati.

Post Lefeburium fragmenta perscrutati sunt A. Körte, Seymour de Ricci, Chr. Jensen, S. Sudhaus, et multi versus lectu difficiliores horum aliorumque studiis feliciter suppleti et in integrum restituti sunt *f*).

B. Folium pergamenum Oxyrhynchium 1236 *g*), quod unum e

a) Sam. 18 al. — *b*) Sam. 111 sq., item *προνοιαι* Disc. 169, *πλουσιαι* Circ. 2, *οραι* Circ. 38, *μελαγχολαι* Sam. 218, *εαι* Sam. 286, *καταγελαισ* Her. 39, *χολαισ* Disc. 218, *περισπαισ* Disc. 566, *ραιδιον* Disc. 56, *τεκουσηι* Disc. 93, *κατοικουσηι* Circ. 3, *αυτηι* Circ. 13, *ωι* Disc. 269 Circ. 24. — *c*) Signum : passim pro signo · est scriptum, sive errore, sive consulto. — *d*) Supra textum Disc. 63 *συρ/*, 374 *ον/*, Circ. 144 *μοσχ/*. Unde vitium natum est Disc. 95. — *e*) „In Heroë fere sexto cuique versui personae nota addita est, in Epitrepontibus fere vicesimo secundo, in Periciromene quinquagesimo quarto, in Samia trecentesimo quadragesimo, in quinta fabula sexagesimo secundo" Körte. — *f*) A. Körte, Menandrea ex papyris et membranis vetustissimis, Lips. 1910, iterum 1012. S. de Ricci, Comptes rendus etc., le Caire 1909. Chr. Jensen, de Menandri codice Cairensi, Mus. Rhen. 1910 et: zu dem Menanderpapyros in Kairo, Herm. 1914. S. Sudhaus, Menandri reliquiae nuper repertae, Bonn. 1909, iterum 1914 (postuma editio). — *g*) Grenfell-Hunt, Oxyrhynchus papyri X 1914.

codice saeculi IV^{i} superest, lacerum exhibet *Disceptantium* versus 494—524 et 537—558 male habitos.

C. In folio pergameno codicis saeculo IV^{o} pulcherrime scripti extant *Disceptantium* vs. 1—20 et 24—42. Quam schedam integumento libri inglutinatam anno 1844 invenit Tischendorf in monasterio Sinaitico, item alteram, e *Phasmatis* fabulae exordio evulsam *a*); etiam tertiae fragmentum erat perexiguum. Non tamen ex oblivione tunc protraxit ille, aliis studiis deditus; post annos autem undecim denuo repperit Porphyrius Uspenski archimandrita et in Russiam transtulit. Dein in bibliothecam Petropolitanam receptae sunt (Graec. 388), editae autem a Victorio Jernstedt *b*). Partem alteram, in schedarum recto scriptam, iam ante ediderat Cobet, apographo usus a Tischendorfio sibi olim donato *c*).

D. Fragmentum papyraceum Heidelbergense 219 saeculi II^{i} habet partem dexteram versuum *Circumtonsae* 42—58 eleganter scriptorum *d*).

E. In codicis membranacei saeculi III^{i} fragmentis Lipsiensibus 613 servati sunt *Circumtonsae* paginae quatuor versuum 30 vel 31 sive vs. 217—277 et 338—397 *e*).

F. Papyri Oxyrhynchiae 211, saeculo I^{o} vel II^{o} nitide sed admodum vitiose scriptae *f*), superest una pagina, *Circumtonsae* versus 398—448 exhibens. Antecedit alia pagina, sed inutilis haec, quoniam non nisi paucorum versuum litterae finales in ea potuere legi.

G. Lacinae duae *Agricolae* e codice papyraceo, qui V^{o} vel VI^{o} saeculo scriptus est, evulsae, anno 1896 ex Aegypto Genavam perlatae (bibl. Genav. 155), mox ab Iulio Nicole editae *g*), dein a Friderico Blass concinnatae sunt *h*), unam enim schedam efficiunt;

---

a) Phototypam huius paginae imaginem dedit Körte in Menandreis, 1910. — *b*) V. Jernstedt, Observationes palaeogr. et philol. ad fr. com. Att. (russice scriptae), Petrop. 1891. Schedas denuo contulerunt Körte (imagine phototypa usus) et J. Hutloff (Sudhausii discipulus) in diss. de Menandri Epitrepontibus, Berol. 1913. — *c*) Disc. 1-20 et Phasm. 27-56, Mnemos. 1876. Hinc Kock fr. com. adesp. 105, 114 Men. 530, perperam sic ab eo divulsa. — *d*) G. A. Gerhard in Actis Ac. Heidelb. 1911, cum imagine. — *e*) Antinupoli inventas esse has schedas veri est simillimum. Edidit A. Körte in Actis Societatis Regiae Lipsiensis 1908 addita imagine phototypa, dein inseruit Menandreis a se editis 1910, quibus quartae paginae imaginem praemisit. — *f*) Grenfell-Hunt Oxyrhynchus papyri II 1899. Virorum doctorum coniecturas sedulo collegit suisque auxit A. Kretschmar de Menandri reliquiis nuper repertis Lips. 1906 (diss. inaug.), p. 80 sqq. — *g*) J. Nicole Le laboureur de Ménandre, Genav. 1898. Imaginem praebent tabulae 74 et 75 Societatis Palaeographicae. — *h*) Grenfell-Hunt Menanders *Γεωργόσ*, Oxon. 1898. Cf. Mnemos. 1898, 299 sqq.

in cuius altera parte, signo ς notata, versus 44, in altera, signo ζ notata, versus 43 exarati sunt.

H. In IV[i] saeculi papyro Florentina 100 *a*) supersunt litterae finales versuum octo *Agricolae* (vs. 80—87) *b*) et post octo versuum intervallum nota [χορο]υ. Praeterea versuum triginta septem ibi extant particulae exiguae.

I. *Citharistae* paginas duas mutilas et unam satis integram praebet papyrus Berolinensis 9767, circa Christi natales nitide et emendate scripta *c*).

J et **K.** *Adulatoris* fragmenta satis ampla, sed admodum lacunosa, innotuerunt e II[i] saeculi papyro Oxyrhynchia 409 *d*), et in III[i] saeculi papyro 1237 *e*) supersunt eiusdem fabulae paginae duae lacerae, quarum prior incipit a vs. 52 papyri 409, dein habet versus multos, qui in altera illa papyro nunquam fuerunt. Unde efficitur in papyro 409 paites quasdam fabulae excriptas fuisse solas *f*).

L. *Cicutam bibentium* mutilos aliquot versus exhibet fragmentum papyraceum I[i] fere saeculi in bibliotheca Dorpatensi asservatum *g*).

M, N, O. *Invisi* versus nonnulli servati sunt, maximam tamen partem mutili, in codicis papyracei lacinia III[i] saeculi Berolinensi 13281 *h*) et in codicis papyracei lacinia saeculi V[i] vel VI[i] Oxyrhynchia 1013 *i*). Praeterea litteras aliquot finales et sequentis paginae verba initialia praebet lacinia saeculi III[i] Oxyrhynchia 1605 *j*).

P. *Perinthiae* fragmentum extat in papyro Oxyrhynchia 855 saeculi III[i] *k*).

Q. In saeculi V[i] folio duplici sive paginis quatuor partim lacunosis codicis pergameni, Florentiae asservato *l*), leguntur 80 fere versus fabulae ignotae, quam Menandro deberi probabiliter statuit editor; ex *Epiclero* desumtos esse coniecit R. Herzog *m*).

---

a) Edidit G. Vitelli Papiri greci e latini I 1912,168. — *b*) Perspexit Teresa Lodi. — *c*) Schubart et vWilamowitz-Moellendorff Berliner Klassikertexte V 2, 115 sqq., cum imagine, 1907. — *d*) Grenfell-Hunt Oxyrhynchus papyri III 1903. — *e*) Id. X 1914. — *f*) „Ab homine artis rhetoricae studioso electas" Sudhaus. Rem ante papyrum 1237 repertam perspexit Wil.; simile quid alia Menandri fabula tum est perpessa cum in Plauti Stichum — eam quidem quae iam extat — concisa est. — *g*) Edidit A. Körte in Menandreis, Lips. 1910, a Gregorio Zereteli repertum et sibi allatum. — *h*) vWilamowitz Sitzungsb. d. Berl. Akad. 1918, 747-749. — *i*) Hunt Oxyrhynchus papyri VII 1909. — *j*) Grenfell-Hunt Oxyrhynchus papyri XIII 1919. — *k*) Grenfell-Hunt ibidem VI 1908. — *l*) G. Vitelli Papiri greci e latini II 1913, 28-37. — *m*) Herm. 1916, 315 sq.

IN NOTIS CRITICIS HAEC SIGNA SUNT USURPATA:

[ ]	evanida.
< >	a librario omissa.
Lef.	G. Lefebvre.
Wil.	U. von Wilamowitz-Moellendorff.
Gr.-H.	B. P. Grenfell et A. S. Hunt.
*	a me proposita.

Ea sola quae certa aut verisimilia videbantur sunt commemorata, et emendationes in quas plures philologi inciderunt ei sunt tributae — nisi erroris quid irrepserit — qui primus evulgavit.

ΗΡΩΣ a).

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ b).

Γέτασ οἰκέτησ Φειδίου.
Δᾶοσ οἰκέτησ Λάχητοσ.
Ἥρωσ θεόσ.
Μυρρίνη γυνὴ Λάχητοσ, μήτηρ Γοργίου (καὶ Πλαγγόνοσ).
Φειδίασ νεανίασ c).
Σωφρόνη τροφὸσ Μυρρίνησ d).
Σαγγάριοσ οἰκέτησ e).
Γοργίασ νεανίασ ποιμήν, υἱὸσ Λάχητοσ καὶ Μυρρίνησ.
Λάχησ γέρων f), Γοργίου (καὶ Πλαγγόνοσ) πατήρ, ἀνὴρ Μυρρίνησ.

Chori in personarum indice mentio non fit; unde efficitur eum, ut in aliis — fortasse in cunctis — Menandri fabulis ea tantum lusisse quae ab argumento dramatis aliena essent.

Heroëm statim post Getae Davique colloquium initiale prodiisse docet ordo quo personae supra sunt indicatae. Ex eo spectatores didicisse quo fabula tenderet intellegitur collatis Circumtonsa fabula et imitatoris Romani Cistellaria, in qua *Auxilium* deus illo dramatis loco verba facit, et Milite Glorioso, cuius fabulae argumentum initio actus secundi enarratur g). Sic numinum e tragoedia in comoediam

---

a) [*ἥρωσ μ*]*ενάνδρου* Lef., quod confirmatum dein est supplementum inventa codicis A nova lacinia (infra vs. 59 sq.), in qua extare Herois fragmentum cum ipso fabulae nomine a Stobaeo allatum docuit Körte Berl. Wochenschr. 11 Nov. 1911. — b) In A haec sunt sola, duobus ordinibus perscripta: *τα του δραμ/ προσωπα* | *γετασ* | *δαοσ* | *ηρωσ θεοσ* | *μυρρινη* | *φειδιασ* || *σωφρονη* | *σαγγαριοσ* | *γοργιασ* | *λαχησ*. — c) Iuvenum nomen esse solet *Phidias*, fert igitur ratio ut in hac quoque fabula fuisse existimetur. — d) Pag. 11 *f*. — e) *Sangarius* nomen a fluvio Asiano ductum mancipiorum fuit. Hunc ita fere, ut Lampadionem Plautinum in Cistellaria fabula nostrae simili, rem eo deduxisse ut fieret agnitio, suspicatus est Leo. *Sagarinus* audit servus in Plauti sive Menandri Sticho. — f) Laches quod postremus commemoratur, sub finem fabulae eum Lemno ex itinere rediisse inde efficitur — g) Prologus et ab aliis „magnae auctoritatis veteribus poëtis" (Donatus ad Phormionem) haud raro post fabulae principium collocatus est. Haud dissimilem autem rationem secutus Aristophanes post mancipiorum duorum iocosum colloquium argumentum fabulae enarrari fecit in Equitibus, Vespis, Pace, hac tamen in re differens a more qui postea invaluit, quod non a tertia aliqua persona sed ab altero servo proferri iussit.

transsumtorum verbis post scenam initialem sed ante ipsum fabulae corpus prolatis explebatur iam locus is, qui in prisca comoedia fuerat τῆσ τοῦ χοροῦ παρόδου. Heros autem ille fuit genius tutelaris domus sive *Lar familiaris*, qualem initio Aululariae induxit Plautus. Conferri possunt alia numina apud Plautum prologum agentia *Arcturus* a) et *Luxuria* b), apud Menandrum *Error* c), *Demonstratio* d), *Fortuna* e), apud Philemonem *Aër* f), apud comicum anonymum *Metus* g).

Inter dramatis personas non commemoratur *Plangon* h) puella vitiata, in scenam igitur non prodiit. Sic in Terentii Andria post scenam latitat Glycerium, in Adelphis Pamphila, in Hecyra Philumena, neque aliter in Menandri Samia vel in Agricola se rem habuisse satis liquet.

Rure *Pteleae* i) in Atticae pago fabula agi fingitur ante villas inter se vicinas Lachetis et Phidiae.

Davi et *Getae* nomina in Menandri fabulis tam fuere vulgata quam olim in fabulis Aristophanis fuerant Sosiae et Xanthiae j). Etiam Phormionis Terentii fabulae ex Apollodoro desumtae exordium fecit Davi cum Geta colloquium. Novi aevi indicium habent gentium longinquarum haec nomina servilia.

Fabulae initio Geta Phidiae servus et Davus Lachetis inter se confabulando spectatores certiores faciunt rerum quae aguntur, collato autem argumento metrico et indice personarum apparet rem sic se habuisse:

Myrrhina virgo honesta ante annos duodeviginti k), cum ludos muliebres obiens a Lachete iuvene ebrio ipsique ignoto per vim compressa esset l), clam gemellos peperit, qui Tibeo pastori servo educandi sunt traditi per ministerium nutricis, ita ut Myrrhina sciret quid de prole esset factum m); Tibeus libertate est donatus. Virgo vitiata postea ei qui vim intulerat nescia nupsit nescio, ut Pamphila in Disceptantibus, Phanostrata in Plauti Cistellaria, Philu-

---

a) Initio Rudentis, e Diphilo sumtae. — *b*) Initio Trinummi e Philemonis Thesauro ductae. — *c*) In Circumtonsa. — *d*) In Epiclero (?) infra. — *e*) In deperdito aliquo dramate, Lucian. LX § 4 (Men. fr. 545): sive post scenam initialem, sive ipso fabulae initio. — *f*) Philem. fr. 91. — *g*) Com. adesp fr. 154. — *h*) Vs. 24. — *i*) Vs. 21 sq. — *j*) Agric. 32 sqq. Invis. 9 fr. 946 adesp. 103. – *k*) Vs. 68. — *l*) Auge fabula tragica simile quid habebat. Cuius fabulae mentionem in nostra esse factam testatur Minervae Aleae nomen in codicis A fragmento pusillo scriptum (vs. 80 sq.), siquidem a Lefeburio id recte ad Heroëm fabulam est relatum. In fano Minervae Aleae Auge ab Hercule ebrio Tegeae compressa est (ad Disc. 660); fortasse igitur Heros Myrrhinae vitam spectatoribus enarrans dixit: *ὥσπερ Ἡρακλῆσ ποτε ᾐσχύνετ' Αὔγην ... Ἀλέασ Ἀθήνησ ἱέρειαν*" vel eiusmodi quid, aut Laches ad culpam suam elevandam e mythologia notissimam hanc fabulam attulit, ut Syriscus fabula Tyrus est usus Disc. 108 sqq., Demea fabula Danaës Sam. 214 sqq. — *m*) Sic W. Vollgraff probabiliter; quamquam non nihil etiam dubito.

mena in Terentii Hecyra; maxima autem cura clandestinum illum partum celavit maritum. Tibeus post aliquot annos per annonae caritatem, ut se suosque alere posset, duas minas mutuas sumsit a Lachete viro divite, cui pristinus Tibei dominus Myrrhinam dederat uxorem; quam pecuniam cum reddere non potuisset, mortui filius adoptivus Gorgias cum Plangone sorore in Lachetis familiam est receptus, ut patris quem putaret debitum laborando solveret. Pecudum vicanorum curam habuit, quam antea habuerat Tibeus, Plangon autem Myrrhinae lanam fecit. Quam Davus conservus uxorem sibi a Lachete expetivit. Non nolebat hic; at idem acciderat Plangoni quod olim Myrrhinae, per vim enim ereptus ei erat pudor a Phidia iuvene petulanti. Iamque uterum gerit et instat partus. Quod postquam rescivit Davus, ipsum se in ea peccasse perhibuit generosissime. Non eo tamen deducta est fabula ut Plangon ei daretur in contubernium, sed a parentibus haec agnita nuptias iniit cum Phidia amatore nimis audaci, qui libentissime eam in matrimonium accepit, postquam loco liberali natam et dote ornatam didicit. Simul igitur et Gorgias in suum statum est restitutus, e pastore filius viri opulenti factus. Davum autem manumissum esse, ne iusta mercede careret splendidum eius mendacium, licet confidere.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ *a*).

ἄρρεν τε θῆλύ θ' ἅμα τεκοῦσα παρθένοσ *b*)
ἔδωκεν ἐπιτρόπωι *c*) τρέφειν· εἶθ' ὕστερον
ἔγημε τὸν φθείραντα *d*). ταῦτα δ' ὑπέθετο *e*)
ὁ τρέφων πρὸσ αὐτὸν ἀγνοῶν *f*). θεράπων δέ τισ *g*)
ἐνέπεσεν εἰσ ἔρωτα τῆσ νεάνιδοσ *h*),
ὁμόδουλον εἶναι διαλαβών. γείτων δέ τισ *i*)
προηδικήκει μετὰ βίασ τὴν μείρακα.
τὴν αἰτίαν ἐφ' ἑαυτὸν ὁ θεράπων στρέφειν
ἐβούλετ'· οὐκ εἰδυῖα *j*) δ' ἡ μήτηρ ἄγαν
ἐδυσχέραινε. καταφανῶν δὲ γενομένων,
εὗρεν μὲν ὁ γέρων τοὺσ ἑαυτοῦ γνωρίσασ,
ὁ δ' ἠδικηκὼσ ἔλαβε τὴν κόρην θέλων.

---

a) Haec vox in A non legitur; indici autem personarum hoc argumentum ibi est praemissum. — *b*) Sic Wil., *αρρεντεκουσαπαρθενοσθηλυθ'αμα* A. Quae dicitur virgo est Myrrhina. — *c*) *ἐπιτρόπωι* Leo] *επιτροφω* A. Dicitur Tibeus villicus. — *d*) Lachetem. Dicitur *ἔγημε* cum acc. pro *ἐγήματο* cum dat., ut in fr. adesp. trag. 194 N.: *ἐγάμησεν Ἑλένη τὸν θεοῖσ στυγούμενον*. Cf. et Antiphan. fr. 46 adesp. 1224. — *e*) Dicendum erat: *ταῦτ' ὑπέθηκε δὲ* (Phrynich. p. 467 Lob.). Ad rem quod attinet, cf. Ter. Heaut. 603: (*filia adulescentula*) *relicta huic arraboni'st pro illo argento* (drachmis mille). — *f*) Nesciens Lachetem gemellos illos genuisse. — *g*) Davus. — *h*) Plangonis. — *i*) Phidias. — *j*) Quae falsa eum perhibere nesciebat.

HEROS.

ACTUS PRIMUS.

Geta, Davus.

ΓΕΤΑΣ.

κακόν τι, Δᾶέ, μοι δοκεῖσ πεποηκέναι
παμμέγεθεσ, εἶτα προσδοκῶν ἀγωνιᾶν
μυλῶνα σαυτῶι καὶ πέδασ. εὔδηλοσ εἶ!
τί γὰρ σὺ κόπτεισ τὴν κεφαλὴν οὕτω πυκνά;
τί τὰσ τρίχασ τίλλεισ ἐπιστάσ; τί στένεισ;

ΔΑΟΣ.

οἴμοι!

ΓΕΤΑΣ.

τοιοῦτόν ἐστιν, ὦ πονηρὲ σύ;
εἶτ' οὐκ ἐχρῆν κερμάτιον, εἰ συνηγμένον
σοι τυγχάνει τι, τοῦτ' ἐμοὶ δοῦναι τέωσ
ἕωσ ἂν εὖ θῆισ τὰ κατὰ σαυτὸν πράγματα;
ἐπεὶ φιλῶ σε καὶ συνάχθομαί γέ σοι
εἰ προσδοκᾶισ λυπηρά.

ΔΑΟΣ.

σὺ μὲν οὐκ οἶδ' ὅ τι
ληρεῖσ· ἐγὼ δὲ συμπέπλεγμαι πράγματι
πάντων κακίστωι καὶ διέφθαρμαι, Γέτα.

---

8. [σοι τυγχάν]ει τι Körte. || 9. *[ἕωσ ἂν εὖ θῆισ τὰ κατὰ]. || 10. *[ἐπεὶ φιλῶ σε καὶ σ]υνάχθομαι. || 11. [εἰ προσδοκᾶισ λυπ]ηρ[ά] vHerwerden. || 12. [ληρεῖσ] Croiset. — *[ἐγὼ δὲ συμπ]έπλεγμαι. || 13. *[πάντων κακίστωι καὶ δι]έφθαρμαι. — Post hunc vs. in A est signum personae mutatae.

ΓΕΤΑΣ.

πῶσ γάρ, κατάρατε;

ΔΑΟΣ.

μὴ καταρῶ, πρὸσ τῶν θεῶν,
βέλτιστ᾽, ἐρῶντι.

ΓΕΤΑΣ.

τί σὺ λέγεισ; ἐρᾷισ;

ΔΑΟΣ.

ἐρῶ.

ΓΕΤΑΣ.

πλέον δυοῖν σοι χοινίκων ὁ δεσπότησ
παρέχει; πονηρόν, Δᾶ᾽. ὑπερδειπνεῖσ ἴσωσ.

ΔΑΟΣ.

πέπονθα τὴν ψυχήν τι παιδίσκην ὁρῶν
συντρεφομένην, ἄκακον, κατ᾽ ἐμαυτόν, ὦ Γέτα.

ΓΕΤΑΣ.

δούλη ἐστίν;

ΔΑΟΣ.

οὕτωσ ἡσυχῆι, τρόπον τινά.
ποιμὴν γὰρ ἦν Τίβειοσ οἰκῶν ἐνθαδὶ
Πτελέασι, γεγονὼσ οἰκέτησ νέοσ ὤν ποτε.
ἐγένετο τούτωι δίδυμα ταῦτα παιδία,
ὡσ ἔλεγεν αὐτόσ, ἥ τε Πλαγγών, ἧσ ἐρῶ, —

ΓΕΤΑΣ.

νῦν μανθάνω.

ΔΑΟΣ.

τὸ μειράκιόν θ᾽, ὁ Γοργίασ.

ΓΕΤΑΣ.

ὁ τῶν προβατίων ἐνθάδ᾽ ἐπιμελούμενοσ
νυνὶ παρ᾽ ἡμῖν;

ΔΑΟΣ.

οὗτοσ. ὢν ἤδη γέρων
ὁ Τίβειοσ ὁ πατὴρ εἰσ τροφήν γε λαμβάνει
τούτοισ παρὰ τοῦ ἐμοῦ δεσπότου μνᾶν, καὶ πάλιν —
λιμὸσ γὰρ ἦν — μνᾶν. εἶτ᾽ ἀπέσκλη.

---

14. [*πῶσ γάρ, κατάρατε;*] Körte. — <*τῶν*> Leo. || 15. *[*βέλτιστ᾽, ἐρῶντι*]. || 16 sq. = fr. com. adesp. 444; hinc [*πλέον δυοῖν σοι*] Lef. || 17. *Post *παρέχει* scripsi signum interrogandi. || 21. Sic interpunxit Leo, Lef. *ἐνθαδί*, | *Πτ. γεγονώσ*, cet.

ΓΕΤΑΣ.

τὴν τρίτην
ὡσ οὐκ ἀπεδίδου τυχὸν ὁ δεσπότησ ὁ σόσ.

ΔΑΟΣ.

ἴσωσ. τελευτήσαντα δ' αὐτὸν προσλαβὼν
ὁ Γοργίασ τι κερμάτιον ἔθαψε, καὶ
τὰ νόμιμα ποιήσασ πρὸσ ἡμᾶσ ἐνθάδε
ἐλθὼν ἀγαγών τε τὴν ἀδελφὴν ἐπιμένει,
τὸ χρέοσ ἀπεργαζόμενοσ.

ΓΕΤΑΣ.

ἡ Πλαγγὼν δὲ τί;

ΔΑΟΣ.

μετὰ τῆσ ἐμῆσ κεκτημένησ ἐργάζεται
ἔρια διακονεῖ τε.

ΓΕΤΑΣ.

παιδίσκη;

ΔΑΟΣ.

πάνυ,
Γέτα, . . . καταγελᾶισ;

ΓΕΤΑΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω.

ΔΑΟΣ.

πάνυ, Γέτα,
ἐλευθέριοσ καὶ κοσμία.

ΓΕΤΑΣ.

τί οὖν σύ; τί
πράττεισ ὑπὲρ σαυτοῦ;

ΔΑΟΣ.

λάθραι μέν, Ἡράκλεισ
οὐδ' ἐγκεχείρηκ', ἀλλὰ τῶι ἐμῶι δεσπότηι
εἴρηχ', ὑπέσχηταί τ' ἐμοὶ συνοικιεῖν
αὐτὴν διαλεχθεὶσ πρὸσ τὸν ἀδελφόν.

ΓΕΤΑΣ.

λαμπρὸσ εἶ!

---

38. ἔρια] θρῖα legerat Lef., corr. Wil. — παιδίσκη;] : παιδισκη: A; *interrogandi signum scripsi. || 43. εἴρηχ'] ειρηκ' A. — ἐμ[ο]ὶ σ[υνοικιεῖν] Lef. || 44. [τὸν ἀδελφόν] Lef. — [ΓΕ. λαμπρὸσ εἶ] Wil.

ΔΑΟΣ.

τί λαμπρόσ; ἀποδημεῖ τρίμηνον ἐπί τινα
πρᾶξιν ἰδίαν εἰσ Λῆμ[νον
ἐχόμεθα τῆσ αὐτῆσ[
σώιζοιτο.

ΓΕΤΑΣ.

χρηστὸσ[

ΔΑΟΣ.

ὄνησισ εἴη.

ΓΕΤΑΣ.

πολὺ π[
φρονεῖσ. ἐγὼ γὰρ κ[
θύσαιμ'· ἀνόνητόν ἐσ[τι
ὧι ξυλοφορῶ.

Perierunt quae additurus erat Davus: vitium illatum esse puellae illi sibi carae; rem hactenus esse celatam, sed instare iam partum neque diutius differri posse nuptias, et hanc ob causam tantopere se despondere animi, dum expectat Lachetem iter dudum facientem.

Praeterea incertae sedis fragmenta multa sunt inventa, quorum pleraque tam sunt exigua ut nihil ex iis possit effici; paulo vero maiora haec, quae ex actu V° evulsa esse apparet, nam adest Laches, quem in ultima demum fabulae parte prodiisse docet index nominum.

θέ]λοιμ' ὦ[
]τοῦτο τ[

Ludit chorus.

ACTUS QUINTUS.

Colloquuntur Myrrhina et Laches. Cuius colloquii eventus is est futurus ut fiat liberorum agnitio.

ὦ Ἡράκλεισ, ἔα μ' αμαρ[
]δίδωμι νυμφ[

]οντρ[

45. *τ[ί]. — [λ]αμ[π]ρόσ Ricci. — τρ[ίμηνον] Sudhaus, τριταῖοσ dederat Crönert, sed maius temporis spatium poscitur contextu. — [ἐπί τινα] Crönert coll. Diph. fr. 43[18]. || 46. *ἰδ[ία]ν εἰσ Λῆμ[νον]. || 52. *ὧι] ω A. — ξυλοφορ[ῶ] Jensen. || 54. Post hunc versum in A est χορ[οῦ]. || 55. [ὦ Ἡρά]κλεισ Jensen. — ἀμάρ[τυρον] Körte, dein [λέγειν] Sudhaus. An sic fere: *ΔΑ. [ὦ Ἡρά]κλεισ! — ΜΥ. ἔα μ'· ἁμαρτάνω δέ τι, | εἰ χρυσίον] δίδωμι νύμφ[ῃ Πλαγγόνι;]?

]ϱανδϱια[
ὡσ οἰκτϱόν, ἣ τοιαῦτα δυστυχῶ μόνη,
ἃ μηδὲ πιϑανὰσ τὰσ ὑπεϱβολὰσ ἔχει.
]πάϑοσ ἡ γνώμη σφόδϱα.
]εν ἐκ βίασ σε τίσ ποτε;
]ὑπονοεῖσ ὅσ[

γε σὺ
ὅτι
ε]ϱέστατον
πϱῶτον λέγε.
ἔτη ἐστὶν ὀκτὼ καὶ δέκ'. οὐκ ἔστιν, μόλισ
τὸ τηνικαῦτ'· ἔστω δὲ ταῦτ', εἰ σοὶ δοκεῖ.
]σ τὸ πϱᾶγμα γίγνεται. πῶσ λανϑάνει
]πεσών σε; πῶσ δ' ἀπόλωλε; πηνίκα

τούτωι. — π[
μᾶλλον δι[
τὴν Θϱᾶιτταν[

ΛΑΧΗΣ.

σύ, τάλαινα.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

τί;

ΛΑΧΗΣ.

φανεϱῶσ γε, νὴ Δί', ὦ γύναι.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

εἰσ κόϱακασ! ἐξέστηκασ; οἷα γὰϱ λέγεισ!

ΛΑΧΗΣ.

ἃ καὶ ποήσω καὶ δέδοκταί μοι πάλαι.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἱδϱὼσ ἀποϱϱεῖ.

---

59 sq. = fr. 211. Hinc supplevit Körte; ιαυτα . . . . υχωμ et ασυ . . . βολασεχ A. Myrrhinae sunt verba; similis est structura fr. 619: χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαϱτάνειν, | ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν οἱ πεπϱαχότεσ. || 63. ὅσ[τισ ποτ' ἦν] Sudhaus. || 66. [δυσχε]ϱέστατον vel [ἐμφε]ϱέστατον Körte. || 68. μό[λισ] Sudhaus, μό[νη] Lef., μό[νηι] Wil. || 69. [τ]ὸ [τηνι]κ[α]ῦτ' Sudhaus. — σοὶ Sudhaus] συ A. || 70. [ἀσαφὲ]σ Körte; an *[σαφὲ]σ? || 71. [παϱεκ]πεσών Sudhaus, anulum cogitans, quem Myrrhina olim detraxerit ignoto iuveni vim sibi inferenti. || 72-74. [τὴν μητέϱα] | μᾶλλον δι[δασκε τίσ πότ' ἐστι. ΜΥ. φασι μὲν] τὴν Θϱᾶιτταν. [ΛΑ. ἀλλ' οὐκ ἔστι. ΜΥ. τίσ δ' ἐστίν ποτ]ε; Sudhaus. || 75. τί—γύναι] φ . . εϱωσγενηδιαωγυναιτι: A corr. Sudhaus. || 76. ἐξέστηκασ] cf. Disc. 507. || 78. ἀποϱϱεῖ Lef.] αποϱια A.

ΛΑΧΗΣ.

νὴ Δί', εὖ γ', ὦ Μυρρίνη,
ἐπ' ἐμαυτὸν ἔλαβον ποιμέν', ὃσ βληχώμενον

Tibeo Myrrhinam olim gemellos peperisse Laches nunc arbitratur.

Etiam sequens fragmentum ad Heroëm videtur referendum:

ἠισχύνετ' ουτ[
'Αλέασ 'Αθανᾶσ[

Aliunde cognita sunt fragmenta quae sequuntur:

1. a)

ΔΑ. οὐπώποτ' ἠράσθησ, Γέτα;
ΓΕ. οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην.

In prima scena hi versus locum habuisse videntur b).

2. c)

δέσποιν', Ἔρωτοσ οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
οὐδ' αὐτὸσ ὁ κρατῶν τῶν ἐν οὐρανῶι θεῶν
Ζεύσ, ἀλλ' ἐκείνωι πάντ' ἀναγκασθεὶσ ποεῖ.

Ipse Iuppiter quidvis facit cum amore cogitur d). Davi sunt verba ad Myrrhinam heram iratam propter vitium Plangoni ab ipso, ut ait, oblatum.

3. e)

ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέστατον,
τοὐλεύθερον δὲ πανταχοῦ φρονεῖν μέγα.

Davus laudatur propter splendidum mendacium. E fine igitur dramatis hi versus sunt excerpti.

4. f)

χοῦσ κεκραμένου
οἴνου· λαβὼν ἔκπιθι τοῦτον.

---

80. *ησχυν .. ουτ* A. || 81. = fr. 967, supra pag. 2 *l.* || *a*) Fr. 345, ex Herm. ad Plat. Phaedr., fabulae nomine non commemorato. Ad *Invisum* referebat Meineke, huc traxit Leo. || *b*) Fortasse etiam Getae cuiusdam de gentilium suorum uxoribus verba fr. 547 sq. huc sunt referenda. || *c*) Fr. 209, ex Stob. Flor. 63, 21. || *d*) Dicitur *πάντα ποιεῖν* ut Xen. Mem. IV 2 § 6 fr. adesp. com. 108[4], *ἅπαντα δρᾶν* Eubul. fr. 30, *δεινὰ ποιεῖν* Ar. Ran. 388 al. || *e*) Fr. 210, ex Stob. Flor. 89, 7. || *f*) Fr. 212, ex Athen. 426 *c*.

5. a)

ἐπεφαρμάκευσο, γλυκύτατ', ἀναλυθεὶσ μόλισ.

Myrrhina priscum flagitium marito condonat. E fine dramatis excerptus versus.

6. b)

εὖ ἴσθι, καὶ ἐγὼ τοῦτο συγχωρήσομαι.

7. c)

τῶν δὲ παιδισκῶν τινι
δούσ.

8. d)

ὦ δυστυχήσ, εἰ μὴ βαδιεῖ.

9. e)

νυνὶ δὲ τοῖσ ἐξ ἄστεωσ
κυνηγέταισ ἥκουσι περιηγήσομαι
τὰσ ἀχράδασ.

Gorgiae aut Sangarii haec verba esse videntur et ad dramatis nodum solvendum aliquid contulisse.

10. f)

ποήσεισ ἀστικὸν σαυτὸν πάλιν.

---

a) Fr. 213, ex Phot. (ed. Reitz.) et Suid. s. v. *ἀναλυθῆναι.* ‖ b) Fr. 214, ex Ammon. 76. ‖ c) Fr. 215, e Bekk. Anecd. 1262. — <*δὲ*> Meineke. ‖ d) Fr. 216, ex Choerob. 163 Gaisf.; cf. Invisi fr. 1. ‖ e) Lex. Sabbait. p. 4. In tres versus diremit Wil. ‖ f) Fr. 868, e Bekk. Anecd. 454. — *Μένανδροσ Ἥρωι ποήσεισ κτέ.* Toup] *μ. προποιήσεισ* cod. ‖

ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ [a]).

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Μάγειροσ.
Ὀνήσιμοσ οἰκέτησ Χαρισίου.
Σμικρίνησ *b*) γέρων, πατὴρ Παμφίλησ.
Σύρισκοσ οἰκέτησ Χαιρεστράτου.
Δᾶοσ ποιμὴν δοῦλοσ *c*).
Ἀβρότονον *d*) κιθαρίστρια.
Χαρίσιοσ ἀνὴρ Παμφίλησ, Χαιρεστράτου υἱόσ *e*).
Παμφίλη γυνὴ Χαρισίου, Σμικρίνου θυγάτηρ.
Σωφρόνη τροφὸσ Παμφίλησ *f*).
Χαιρέστρατοσ γέρων, Χαρισίου πατὴρ *g*).
Σιμμίασ aliquis [h]).

---

a) Simile nomen habuit Diphili fabula *Κληρούμενοι*, unde Casinam suam fecit Plautus. Ut olim Aristophanes fabulae Ranarum, sic huic Menander non ex ipso argumento sed ex episodio quodam, quod quin spectatorum mentes vi singulari feriret et pelliceret non poterat fieri, duxit nomen minus vulgare quam fuisset *uxor spreta* vel: *virgo vitiata* vel: *anulus dereptus* vel: *infans expositus.* Utilissimum autem contextui fabulae est hoc episodium, quo lepide enarrantur res ante actae et feliciter paratur nodi solutio; egregiae enim inventionis est avus de nepotis sibi ignoti crepundiis litem dirimens. — *b*) Sic vocatur *qui parva et vilia curat*, graviora vilipendit; *κομιδῇ γὰρ σμικρολόγοσ φαίνεται, προτάσσων τῶν φιλτάτων τὴν κτῆσιν* (schol. η 225, collatum a Römero). Pecuniam a genero dilapidatam et dotem filiae anxie anquirit, filia ipsa quo sit animo aut fuerit nescit neque scire cupit, haud dissimilis Euclioni illi Plautino, qui dum ollae auri plenae invigilat (in Aulularia, quae e Menandro videtur ducta), non animadvertit filiam gravidam et partui proximam. — *c*) Servum fuisse cum nomen docet tum vs. 92; sed heri mentio in versibus superstitibus nulla fit, neque necesse erat fieri, *προτατικὸν γὰρ πρόσωπον* Davus erat. Nisi sub fabulae exitum denuo prodiit, quod propter vs. 158 fortasse suspicetur quis. — *d*) *Ἁβρότονον* scribi suo iure vetuit Körte. — *e*) *τρόφιμοσ* sive *herilis filius* (vs. 202—205) a mancipiis dictus, quia pater etiam vivit. — *f*) Pamphilae matrem, Smicrinis uxorem, habuere nonnulli. Sed *nutricum* hoc in comoedia sollemne fuisse nomen testantur Terentii Eunuchus et Phormio, in hac autem fabula rem se haud aliter habuisse docet singularis verbi numerus *ἐτήρει σ* vs. 650. Quapropter in Heroë quoque fabula quae commemoratur Sophrone quin nutrix fuerit non est dubitandum. — *g*) Vs. 202 sq.; in fabulae fragmentis servatis vix ulla sunt huius senis vestigia, sed nisi partes aliquas egisset, mentio eius vs. 203 non esset iniecta. Sub exitum demum dramatis ut in scenam prodiret, ferebat ratio argumenti; initio eum non adfuisse l.l. apparet, item vs. 240. Patrem Charisii esse docet rerum quae narrantur contextus, et ipsa nominum similitudo cognatos eos testatur. — *h*) Post vs. 417. Nisi *coqui* proprium hoc fuit nomen, quis fuerit hic Simmias ignoratur.

Personae tacitae: Syrisci uxor. Puer infans.

Chorus e iuvenibus comissantibus, Charisii sodalibus, fuit compositus. Qui cantando [a]) et saltando expleverunt intervalla actuum.

Rure agi finguntur res [b]), haud procul ab urbe [c]), ante villas Smicrinis [d]) et Charisii.

Fabulae hoc est argumentum:

Ante menses decem [e]) Pamphila virgo honestissimo loco nata nocturnum sollemne Tauropoliorum celebrans cum a ceteris puellis aliquantum aberrasset, a Charisio iuvene temulento vi compressa est [f]). Qui in tenebris non est conspectus neque virginis cui vim inferebat vultum conspexit ipse.

Quinto mense post Pamphila nupsit ei qui vitiaverat, inscio inscia [g]); uno autem mense ante fabulae initium [h]) clam peperit [i]), iter tum faciente marito [j]), quem maxima cura celaverat vim sibi ante matrimonium illatam [k]). Infantem per nutricem Sophronen in nemore vicino curavit exponendum, — interfici enim vetabat pietas [l]), —

---

a) Fr. 165. — *b*) Vs. 67 al. — *c*) Syriscus enim vs. 287 aliquantisper in urbem abit, eodem die rediturus; Smicrines vs. 402 inde redit, et iterum illuc reversus denuo redit ante fabulae exitum. — *d*) Smicrini, viro diviti, qui quatuor talentum dotem filiae constituit (vs. 8), non solum villam rusticam (cf. vs. 489) sed et aedes urbanas fuisse apparet. Ut Laches igitur Terentianus, *e suo propinquo rure hoc capit commodi: neque agri neque urbis odium eum unquam percipit: ubi satias coepit fieri, commutat locum* (Ter. Eun. 971 sqq.). In urbanis illis aedibus vivit etiam Sophrone anus, quae sub fabulae finem inde in Charisii villam a Smicrine adducitur. Inter villas Charisii et Smicrinis fuisse transitum per hortum, cuiusmodi structura in Plauti fabulis compluribus commemoratur, sunt qui suspicentur; e superstitibus tamen fabulae versibus nihil eiusmodi efficitur. — *e*) Vs. 68, 651. — *f*) In Plauti Aulularia, quae quin e Menandro ducta sit haud videtur dubium, est Lyconides iuvenis, qui Phaedram virginem honestam noctu Cereris vigiliis compressit, Cistellariae autem Plautinae sive Menandreae argumentum praebuit virgo Sicyonia a mercatore Lemnio vinolento in tenebris rapta in via, cum celebrarentur Dionysia. Nostrae fabulae argumentum Menander partim ex Euripidis Alope (pag. 13 *c*) duxit, partim ex eius Auge (vs. 659). — *g*) Pag. 2 infra. — *h*) Vs. 68. — *i*) Cf. Alciphron. III 27. In Terentii sive Apollodori Hecyra ea obtinet temporum ratio ut ante novem menses vitiata fuerit Philumena, ante septem nupserit, hodie pariat. — *j*) Non dicitur hoc in fragmentis quae hactenus innotuerunt, sed efficitur e rerum decursu — nam partum celare Pamphila qui potuisset maritum, si ille adfuisset! — et collata Terentii fabula Hecyra. Etiam iter Lachetis illius, qui commemoratur in Heroë, huc facit, nec non fragmentum fabulae incertae infra allatum, et similia aliae fabulae habuere multae. In Plauti autem Mostellaria Theuropides senex triennio post ex Aegypto advenit domum, in Mercatore Charinus iuvenis plus biennio itineratus esse dicitur. — *k*) Uxorem post duos demum menses quam duxit tetigit Pamphilus ille, quem e Terentio novimus (Hec. 136 sqq., 392, 531); aliter rem administravit Menander (nota *e*). — *l*) Erinysi haec erat curae. Dicis igitur causa infans recens natus non sic statim morte afficiebatur, *οὐ γὰρ ὅσια*, et ex hoc studio crimen piaculare vitandi habuerunt originem fabulae Paridis, Oedipi, Cyri, Romuli, aliae plurimae.

addidit antem ornamenta nonnulla, quae ipsa gesserat virgo, et anulum, quem ignoto illi iuveni, dum cum eo luctatur, detraxerat.

Puerulum invenit Davus pastor, dedit autem Syrisco carbonario petenti, qui pro suo filio eum educaret; ornamenta vero servavit ipse.

Speraverat Pamphila fore ut ignominia immerita et ceteros lateret mortales et maritum. Sed Onesimus Charisii servus fidus et curiosus cum enixam intellexisset, ad herum duobus tribusve diebus ante fabulae initium ex itinere reversum rem statim detulit. Qui ira abreptus et mulierem hactenus dilectissimam aversatus urbem petivit, utque clavo clavum expelleret, ductavit psaltriam *a*); vino dolorem sopire voluit et contumeliae acceptae oblivisci, dum cum amicis dissolutis genio indulget denuo, ut ante uxorem ductam solebat. Sed frustra conatus est pristinum amorem e corde pellere. Abrotonon psaltria spretam se sensit.

Quae cum Smicrines, socer Charisii in urbe degens, ex familiarium aliquo comperisset, iratus et animo perturbato rus in Charisii villam accurrit, doti nimirum filiae suisque ipsius nummis metuens.

Interim Syriscus ille carbonarius cum forte fortuna rescivisset infantem tum cum inveniretur habuisse mundi aliquid, a Davo obviam sibi facto id poposcit. Recusavit hic; quapropter disceptarunt arbitro Smicrine, ipsis ignoto, cui prope Charisii villam occurrerunt *b*). Hic Davum monumenta illa Syrisco tradere iussit *c*). Quae dum Syriscus contemplatur accepta, e Charisii villa procurrens Onesimus minister statim agnovit anulum a Charisio proximis Tauropoliis, cum foris comissaretur, amissum. Onesimo Syriscus anulum commodavit petenti, Charisio primo quoque tempore exhibendum.

Proximo autem die Onesimo et Syrisco de anulo etiam deliberantibus, — nondum enim fuit opportunitas Charisio eum ostendendi, — supervenit Abrotonon; quae ut audivit quid ageretur, ut recordata est se Tauropoliis proximis, cum cithara caneret virginibus nobilibus in Dianae honorem Athenis chorum nocturnum ducentibus, unam harum vidisse flebili vultu et scissa veste ex umbra subito proruentem. Haec quin infantis a Davo inventi sit mater vix videtur dubium, congruunt enim dies et locus. Nomen quidem illius puellae Abrotonon ignorat; sed adspiciat modo, statim agno-

---

a) Vs. 10-12, 262. Non emit eam, sed conduxit: vs. 365. — *b*) Vs. 203. — *c*) E tragoedia et hanc materiem, ut argumenti summam, Menander duxit. Nam Alopes Euripideae hoc erat argumentum: Cercyonis regis filia Alope Neptuno peperit infantem, quem ab ea expositum *vidit pastor atque sustulit. Qui veste regia indutum cum in casam tulisset, alter compastor rogavit ut sibi eum infantem donaret; ille donavit sine veste. Cum autem inter eos iurgium esset, quod qui puerum acceperat insignia ingenuitatis reposceret, ille autem non daret,* [*contendentes*] *ad regem Cercyonem venerunt et contendere coeperunt. Ille autem qui infantem donatum acceperat, repetere insignia coepit* (Hygin. 187). Cf. vs. 209—229. Praeterea similes sunt Cyri (Herodot. I 112) et Romuli Remique fabulae, lite diremta ab avis agnitorum.

scat! — Itaque cum Onesimo paciscitur se anulo monstrato effecturam ut Charisius ipsam matrem infantis esse credat et patrem se confiteatur; dein Abrotonon veram matrem indagatura est adiuvante Onesimo, sperans fore ut Charisius, repudiata uxore illa improba, a qua turpiter deceptum se sensit nuper, et novo matrimonio inito cum matre pueruli, ipsam donet libertate, veri reperti mercede.

Efficit consilium Abrotonon: nothi filii e meretricula ne libera quidem geniti patrem se iam putat Charisius.

At Smicrines ex urbe, in quam lite inter Davum et Syriscum diremta abierat, cum rediisset maiore etiam quam ante ira flagrans, audivisset autem quid narravisset Abrotonon, rem detulit ad filiam, in ipsius villa iam degentem. „Paelicem meretricem cum puerulo suo impudenter ei obtrudi; divortium esse faciendum: Athenas secum redeat in domum paternam; dotem ab heluone reposcat!" — Noluit Pamphila, dedecoris patri haud cogniti ipsa sibi conscia et maritum amore tenerrimo complexa: „in rebus adversis, ut in secundis marito adesse, probae uxoris esse officium [a]); id se velle, liceat modo."

Forte fortuna Charisius hoc soceri cum uxore colloquium audivit proximus clam adstans: pudet inclementiae; ignoscere vult uxori de ipsius delicto adeo leniter iudicanti, et dignum sic se praestat cui ab illa et ab ipsis spectatoribus condonetur pristina illa feritas.

Interim Abrotonon adspecta Pamphila et statim agnita intellexit quomodo res se haberet. Huic dixit prius, mox et Charisio, qui laetus sensit nihil esse quod ignosceret uxori, nihil autem quod magnopere doleret, uxori enim innocentissimae et filiolo feliciter servato suum in ipsius aedibus reddi posse locum. Itaque Smicrines cum tertium adfuit ad filiam et dotem — hanc praesertim! — repetendas, audivit optime habere omnia: divortii causam esse nullam, de sui ipsius nepotis crepundiis litem se heri diremisse, utque a parentibus hic agnosci posset sic effecisse. Puerulum salutare iussus est.

Abrotonon accepta libertate, iusto praemio turbarum sagaci ingenio compositarum, desponsatur Onesimo et ipsi manumisso.

Conferri iam potest haec fabula cum Hecyra Terentii, ut illo aevo, quo exemplar nostrum est conscriptum, collata est ab Apollinari Sidonio, episcopo Gallico, filium erudienti [b]). Simili enim hae fabulae sunt argumento, ita tamen simili ut in rebus gravissimis altera ab altera discrepet. Nisi igitur errori debetur id quod in Hecyrae didascalia legitur: „Graeca Menandru", alia Terentio exemplo fuit Menandri fabula; nam contaminando e Disceptantibus Hecyra Terentii fieri non potuit. Sed manifestum est, Donato potius

---

a) „For better for worse." — *b*) Apoll. Sid. Ep. IV 12.

fidem esse habendam, ex Apollodori Carystii Hecyra Terentium et res et nomen fabulae suae duxisse docenti [a]), qui etiam in commentario Apollodorum auctorem vocavit constanter, et quinque ex Apollodori Hecyra fragmenta attulit a Terentio in sua Hecyra ad verbum versa [b]), in Menandri vero Disceptantibus non obvia; socrus autem, a qua Apollodori et Terentii fabulae nomen habuerunt, apud Menandrum nullum est vestigium.

Longe vero infelicius quam Menander in argumento illo, quod erat agnitio per anulum, versatus est Apollodorus sive Terentius. Nam iuvenis Menandreus is, qui virgini honestae sibique ignotae noctu vitium obtulit, ita peccabat ut apud illam, quae nimis sibi placuisset, veniam posset impetrare, postquam puduit flagitii; Terentii vero Pamphilus, qui virginem in tenebris non vitiavit tantum, sed et spoliavit anulo, dein turpissimi facinoris illud monumentum dono dedit amiculae [c]), sectoris potius zonarii egit partes quam iuvenis haud improbi, qui multo vino stimulatus humani quid in se admisisset. Quocum in gratiam redire Philumena quomodo tandem potuit, postquam intellexit anulum a suo digito etiam tepidum meretrici donatum esse induendum! Procul talia distant ab arte et ingenio Menandri [d]).

---

a) „Apollodori dicitur esse Graeca" et (in Vita Terentii): „ab Apollodoro translata esse dicitur." — *b*) Apollod. Caryst. fr. 8—12. — *c*) Ter. Hec. 574, 811 sq., 828—831, 845 sq. — *d*) Haud immerito igitur Terentii Hecyra „non est placita" et „saepe exclusa vix acta est" (didasc., prolog., Donatus in Vita). Melius Terentius hoc invento in transitu usus est Ad. 308, 347, Menandrum tunc secutus, ubi Sostrata matrona: *si infitias ibit* (Aeschinus, qui eius filiam Pamphilam compressit), *testis mecum est anulus, quem amiserat*, et Heaut. 614, ubi alia Sostrata matrona: *nisi me animus fallit, hic profecto est anulus, quem ego suspicor: is quicum exposita est nata* (cf. vs. 650 sq.). Agnitio per anulum etiam in Menandri Circumtonsa est facta, fortasse et in Heroë; item in Plauti Curculione. Praeterea conferatur deperditae Menandri fabulae nomen Anulus. Omnibus exemplo fuit Auge Euripidis (infra vs. 659).

DISCEPTANTES.

In codicum fragmentis neque fabulae nomen superest [a]) neque argumentum metricum, neque index personarum, neque ipsius fabulae exordium.

ACTUS PRIMUS.

Initium videtur fecisse O n e s i m i servi cum c o q u o tardo et garrulo ex urbe adducto colloquium [b]). Nam coquum in hac fabula nonnulla nugatum esse aliunde constat [c]), cuiusmodi iocis locum prae ceteris aptum praebebat scena initialis; e secundi autem actus quodam versu efficitur coqui mentionem esse factam in fabulae initio [d]). Quapropter versus nonnulli, qui ex illo colloquio sunt servati, primo hic loco excudendi sunt visi:

1. [e])

ΜΑΓΕΙΡΟΣ.

οὐχ ὁ τρόφιμόσ σου, πρὸσ θεῶν, Ὀνήσιμε,
ὁ νῦν ἔχων τὴν Ἀβρότονον, τὴν ψάλτριαν,
ἔγημ' ἔναγχοσ;

ΟΝΗΣΙΜΟΣ.

πάνυ μὲν οὖν.

2. [f])

ΟΝΗΣΙΜΟΣ.

τί δ' οὐ ποεῖσ
ἄριστον; ὃ δ' ἀλύει πάλαι κατακείμενοσ.

---

a) Certum tamen est, quoniam inter versus servatos complures sunt, quos in Ἐπιτρέπουσι lectos fuisse testantur veteres. || *b*) Cf. Sam. 68. || *c*) Athen. 659 *b*. || *d*) Vs. 207. || *e*) Fr. 600, e schol. ad Aristot. *περὶ ἑρμ.*; ubi deest articulus ante nomen *Ἀβρότονον*. Ad Disceptantes hoc fragmentum referendum esse docent nomina propria, et propter ipsam horum nominum mentionem veri videtur simile prima haec fuisse fabulae verba. Ex exordio certe desumta esse manifestum est. De voce *τροφίμωι* cf. comment. ad vs. 202-205. || *f*) Phot. (ed. Reitz.) s. v. *ἄλυσ*. Onesimi ad coquum haec esse verba patet. Verbum *ἀλύειν* id q. *nihil agere* in hoc vs. valere ait Photius; quae vs. 384 melius convenit vis, nostro autem loco vertendum est: *ille autem impatienter fert moram*. Pronomire ὃ spectatur *Charisius*, *κατακεῖσθαι mensae accumbere* significat (ut vs. 259).

3. *a*)

ΜΑΓΕΙΡΟΣ.

ἐπέπασα
ἐπὶ τὸ τάριχοσ ἅλασ, ἐὰν οὕτω τύχηι.

Fortasse secuta est Onesimi monologia. Quae si verum tangit coniectura, spectatores ex huius verbis didicerunt nonnulla de Pamphila, Chaerestrato, Smicrine, Abrotono, quae in fragmentis servatis non nisi difficilius et veluti per transennam conspecta agnoscuntur.

Mox accurrit Smicrines senex ex urbe excitus; audivit hic Charisium Athenis cum sodalibus meretricibusque nuperrime proterve esse comissatum *b*). Exitus autem I[i] actus in Cairensi quidem papyro non est servatus, sed iam ante innotuerat repertis fragmentis quae sequuntur duobus *c*):

Coquus, Onesimus, Smicrines.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

— — — —
ἄνθρωποσ οἶνον. αὐτὸ τοῦτ' ἐκπλήττομαι
ἔγωγ'· ὑπὲρ δὲ τοῦ μεθύσκεσθ' οὐ λέγω.
ἀπληστίαι γάρ ἐσθ' ὅμοιον τοῦτό γε,
εἰ καὶ βιάζεταί κοτύλην τισ τοὐβολοῦ
ὠνούμενοσ πίνειν ἑαυτόν.

ΟΝΗΣΙΜΟΣ.

(ad coquum:)
τοῦτ' ἐγὼ
προσέμενον· οὗτοσ ἐμπεσὼν διασκεδᾶι
τὸν ἔρωτα. — τί δέ μοι τοῦτο; πάλιν οἰμώξομαι.

---

23. *[δυνήσεϑ᾽. ἡ ϑύρα]. — [κε]κάλυπται Jernstedt. || 24. [ἵνα μὴ περίεργόσ τισ] Körte. — [προ]σελϑὼν Jernstedt. || 25. [ἔστιν δὲ καὶ βωμόσ] Körte. || a) Nisi praecesserunt, quod fere suspicor. || b) Vs. 50. || c) „Perculsus exhorruit" Donatus. || d) Cf. Sam. 22 sq.; „si servus esset, annonam non curaret" Körte. || 27. [παρ᾽ ἡμῖν ὤνιοι] Cobet, [κατ᾽ ἀγορὰν ὦ.] mavult Gomperz. || 28. *[ἀλλὰ χρήσιμον]. || 29. *[οὖν· ἀγορὰ]. || 30. *ἦν] αν C (?). — ἐμ[οῦ] Cobet. — τοῦτο τοῦ] Wil. || 31. *[εὐδαίμονα]. || 32. *κ[οὐκ Ὀλύμπιον]. || 33. *[ἀνϑρώπου], [ϑνητοῦ] dederat Gomperz. — [φύσιν] Gomperz. || 34. *σο[ί ἐστι τοὐμποδών].

τὴν αἰτίαν γνώσει. περιπατεῖσ μετά τινων·
εἰσῆλθεσ εὐθύσ, ἂν κοπιάσηισ τὰ σκέλη.
μαλακῶσ ἐλούσω· πάλιν ἀναστὰσ ἐσθίεισ
πρὸσ ἡδονήν· ὕπνοσ αὐτὸσ ὁ βίοσ ἐστί σοι.
τὸ πέρασ, κακὸν ἔχεισ οὐδέν· ἡ νόσοσ τρυφή
ἐσθ' ἣν διῆλθεσ. φορτικώτερον δέ τι
ἐπέρχεταί μοι, τρόφιμε, συγγνωμὴν δ' ἔχε·
τὸ δὴ λεγόμενον, οὐκ ἔχεισ ὅποι χέσηισ
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι.

ΦΕΙΔΙΑΣ.

μὴ εἰσ ὥρασ σύ γε
ἵκοιο!

ΘΕΡΑΠΩΝ.

τἀληθῆ λέγω, νὴ τοὺσ θεούσ.
τοῦτ' ἐστι τἀρρώστημα.

ΦΕΙΔΙΑΣ.

καὶ μήν, ὦ μέλε,
ἀτόπωσ ἐμαυτοῦ καὶ βαρέωσ ἔχω πάνυ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἀσθενικόν ἐστι τἀνόητον τῆι φύσει.

ΦΕΙΔΙΑΣ.

εἶεν· πάνυ γὰρ ταυτὶ λελύπηκέν με. νῦν
τί μοι παραινεῖσ;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ὅ τι παραινῶ;

ΦΕΙΔΙΑΣ.

ναί, λέγε.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲσ εἶχεσ, Φειδία,

---

35. [μετά τινων] Sudhaus. || 36. τ[ὰ σκέλη] Cobet. || 37. ἀναστ[ὰσ] Wil. — *[ἐσθίεισ], [ἐνέφαγεσ] dederat Wil. || 38. β[ίοσ ἐστί σοι] Weil. || 39. ν[όσοσ] Wil. — [τρυφή] Kock. || 40. -ρό[ν δέ τι] Cobet. || 41. συγγνω[μὴν δ' ἔχε] Cobet. || 42. ὅπο[ι χέσηισ] Cobet e Marc. Ant. V 12 (fr. adesp. 491); ὅπο[υ] mavult Fritzsche, sed cf. comment. || 43. *<εἰσ>. — ὥ[ρασ σύ γε] Körte, ὥ[ρασι δὲ] dederat Fritzsche. Cf. Circ. 131. || 44. θε[ούσ] Cobet. || 45. μή[ν, ὦ] Cobet. — *[μέλε], [ἀγαθέ] Cobet. || 46. [ἔχω πάνυ] Cobet. || 47. [ἀσ]θ[ε]νικόν Jernstedt. — [τῆι φύσει] Jernstedt. || 48. [εἶ]εν Jernstedt. — ταυτὶ Jernstedt] ταυτει. — *λελ[ύπηκέν με. νῦν]. || 49. [τί (δέ)] Cobet. — παρ[αινῶ] Cobet. — *[ναὶ λέγε], Cobet [τοῦτ' ἐρῶ], ministro haec relinquens. || 50 sqq. E Clem Alex. Strom. 844 Cobet supplevit [εἰ], [εἶχεσ, Φειδία], [ζητε]ῖν, φάρμα[κον τούτου σ' ἔδει] et vs. 52-56. || 50 sq. Φειδία | ζητεῖν Grotius] φιλιάζειν.

ζητεῖν ἀληθὲσ φάρμακον τούτου σ᾽ ἔδει.
νῦν δ᾽ οὐκ ἔχεισ· κενὸν εὑρὲ καὶ τὸ φάρμακον
πρὸσ τὸ κενόν, οἰήθητι δ᾽ ὠφελεῖν τί σε.
περιμαξάτωσάν σ᾽ αἱ γυναῖκεσ ἐν κύκλωι
καὶ περιθεωσάτωσαν· ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
ὕδατι περίρραν᾽ ἐμβαλὼν ἅλασ, φακούσ.

Aliunde e Phasmate fabula haec sola innotuerunt:

1. *a*)

ἐπισημαίνεσθ᾽, ἐὰν
ἡ σκευασία καθάρειοσ ἦι καὶ ποικίλη.

2. *b*)

ἔμβαροσ adiectivum in hac fabula usurpatum esse traditur, id quod *bardus* (an *prudens*?) significans. Vox barbara videtur.

3. *c*)

„Ithyphallicum metrum saepe recipit hunc tribrachum, ut etiam apud Menandrum in Phasmate ostendi potest."

Trochaeis igitur in hac fabula, ut in aliis *d*), poëta est usus; sed ithyphallici versus (⏖ ⏑ ⏖ ⏓ ⏒ ⏑) *e*) apud eum inveniri qui potuerint parum liquet. Ecquid post pedem tertium Menander tetrametrum trochaicum aliquem diremit — aut diremisse ferebatur *f*), — simul tribrevem pro trochaeo admittens?

52. *εὑρὲ καὶ* Weil] *εὕρηκα.* || 55. *περιθε(ι)ωσάτωσαν* Bentley] *περιθέτωσαν.* || *a*) Fr. 501, ex Athen. 661 *f.* || *b*) Fr. 502, e Zenob. in Milleri Mél. 350, Hesych., Suid. || *c*) Caesius Bassus Gr. Lat. VI 255. || *d*) Circ. 77 sqq. — *e*) Hephaest. Metr. 6. || *f*) Ut Soph. Phil. 1402.

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ (?).

Fabulae, cuius nomen non constat, sed quin sit Menandri dubium esse vix cuiquam potest, supersunt fragmenta quatuor [a]. Smicrinem, senem avarum, audacter et impudenter fallens Davus, servus versutus, fingit Smicrinis fratrem Chaeream subita morte esse abreptum. Chaereae igitur filiam unicam ἐπίκληρον esse factam; quam agnato nubere iubebat lex. Hinc Herzog coniectura ut incerta sic vero simili effecit ex *Epiclero*, Menandri fabula olim clarissima, haec fragmenta superesse; Smicrinem filii sui cum Chaereae filia nuptias pridem constitutas prohibere voluisse ab itinere reversum, sed Davi dolo circumventum a proposito destitisse. Cui coniecturae hoc potissimum est molestum, quod in versibus traditis non de nuptiis filii Smicrinis cum filia Chaereae sed de nuptiis privigni Chaereae cum alia puella fit sermo [b]. Binas igitur nuptias haec Menandri fabula, ut aliae multae, habuerit.

Ante Smicrinis et Chaereae domus res aguntur.

Prologum habet Fortuna [c]. Cuius ad spectatores allocutioni poëta colloquium Smicrinis cum servo more suo praemisisse videtur [d]. Etiam filius Smicrinis prodiit [e].

Neque cum Dyscolo neque cum Cicutam bibentibus haec fragmenta varias ob causas conciliare conato mihi cessit res. Quapropter Epicleri nomen recepi, dubitanter sane, et eam potissimum ob causam ut fabulae versus apte possent citari. Quae autem aliunde innotuerunt Epicleri fragmenta addidi.

---

a) Fragm. Q. || *b*) Neque favent grammatici anonymi haec verba: *ἐν τῆι Ἐπικλήρωι δικαζομένων τοῦ τε ἀνδρὸσ καὶ τῆσ γυναικόσ, καὶ τοῦ παιδίου δικάζοντοσ, οὐκ ἔθηκεν (Μένανδροσ) οὐδετέρωι προοίμιον κτέ.* Rhet. Speng. I 432. || *c*) Cf. pag. 1 sq. || *d*) Sic Vitelli propter vs. 3 et 4. || *e*) Sic Herzog.

EPICLERUS (?).

Fortuna sola.

ΤΥΧΗ.

— — —

ἔχειν ἅπαντα· τοῦτο γιγνώισκειν δὲ χρή,
ὡσ ζῆι μονότροποσ, γραῦν ἔχων δούλην μίαν.
οὗ δ' εἰσελήλυθ' ὁ θεράπων ἐντευθενί,
ἀδελφὸσ οἰκεῖ τοῦδε τοῦ φιλαργύρου,
νεώτεροσ μὲν ὤν, προσήκων κατὰ γένοσ
τῶι μειρακίωι, χρηστόσ τε τῶι τρόπωι πάνυ,
καὶ πλούσιοσ, γυναῖκ' ἔχων καὶ παρθένου
μιᾶσ πατὴρ ὤν. ὃ δὲ κατέλιπεν ἔτι νέαν
ὁ μειρακίσκοσ τὴν ἀδελφήν· αἱ κόραι
αυται . . . . ταισ εἰσιν ἐκτεθραμμέναι.
ὢν δ', ὡσ προεῖπα, χρηστὸσ [
. ω . . . . . τὴν ἀποδημίαν [
οἰκ . . . . α παντελῶσ τὴν παρθένον
οὗτοσ συνοικίζειν νέαν . . . .
ἔμελλεν υἱῶι τῆσ γυναικὸσ γενομένωι
ἐξ ἀνδρὸσ ἑτέρου· . . . . δηλαδή

Desunt 10 fere versus.

νῦν ἴστε πάντεσ αὐτὸν οἷόσ ἐστ' ἀνήρ·
νένευκεν ἐπὶ τἀρχαῖα. — λοιπὸν τοὔνομα
τοὐμὸν φράσαι, τίσ εἰμι· πάντων κυρία
τούτων βραβεῦσαι καὶ διοικῆσαι, Τύχη.

(Abit. — Prodit Smicrines.)

---

1. Wil. praemisit: [*τἄλλα νῦν ὑμᾶσ δοκῶ*] — -*σκ*[*ειν δὲ χρή*] Wil. || 2. *[*ὡσ*]. — [*ζ*]*ῆι* Vitelli. — [*δούλην*] Vitelli. — [*μίαν*] de Stephani, [*τινά*] Vitelli. || 3. [*οὗ*] de Stephani et Wil. — ʽ[*ο θερ*]*άπων* Vitelli. — *ἐντ*[*ευθενί*] Wil. || 5. *[*μὲν ὤ*]*ν*. || 8. *[*ὤν*]. — *ʽ[*ὁ δὲ*]. — *κατέ*[*λιπ*]*εν* Körte. || 9. *[*αἱ κόραι*]. || 10. *ἐκτεθραμμέ*-*ν*[*αι*] Körte. || 11. [*ὡσ*] de Stephani coll. Circ. 32. || 15. [*γενομένωι*] Körte. || 17. *[*νῦν ἴστε πάντεσ*], Vitelli [*δείξω γὰρ οὕτωσ*]. || 18. [*νένευκε*]*ν* Wil. || 20. *Τύχη* Vitelli] *τυχηι* Q.

Smicrines solus.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

ἵνα μή τισ εἴπηι μ' ὅτι φιλάργυροσ σφόδρα,
οὐχ ὁπόσον ἐστὶν ἐξετάσασ τὸ χρυσίον,
οὐδ' ὁπόσα τἀργυρώματ', οὐδ' ἀριθμὸν λαβὼν
οὐδενόσ, ἑτοίμωσ εἰσενεγκεῖν ἐνθάδε
εἴασα· βασκαίνειν γὰρ εἰώθασί με
ἐπὶ παντί. τὸ γὰρ ἀκριβὲσ εὑρεθήσεται,
ἕωσ ἂν οἱ φέροντεσ ὦσιν οἰκέται.
οἶμαι μὲν οὖν αὐτοὺσ ἑκόντασ τοῖσ νόμοισ
καὶ τοῖσ δικαίοισ ἐμμενεῖν· ἐὰν δὲ μή,
οὐδεὶσ ἐπιτρέψει. τοὺσ δὲ γιγνομένουσ γάμουσ
τούτουσ προειπεῖν βούλομ' αὐτοῖσ μὴ ποεῖν.
ἴσωσ μὲν ἄτοπον καὶ λέγειν· οὐκ ἐν γάμοισ
— — —

Desunt folia tria vel duo vel unum, versus fere 300 vel 200 vel 100 a).

Nunc colloquuntur Davus, Chaereas, filius Smicrinis.

αιτ[

FILIUS SMICRINIS.

αὐτῶι ξ[

ΔΑΟΣ.

ἐγὼ δὲ τοῦτον τάδε βεβούλευμαι παθεῖν.
ἀπόθνηισκ'.

ΧΑΙΡΕΑΣ.

ἀγαθῆι τύχηι· ποήσω· μὴ λάλει.

ΔΑΟΣ.

ἔγωγ' ἀφίεμ'· ἀλλὰ τηρεῖτ' ἀνδρικῶσ
τὸ πρᾶγμα.

(Abit.)

---

21. *σμικρ/* versui praemissum habet Q. || 22. **οὐχ ὁπόσον ἐστὶν ἐξετάσασ τὸ χρυσίον*] *ουκεξετασασοπόσονεσθ' ὁφέρειχρυσίον* Q cum vitio metrico, Vitelli *οὐκ ἐξ. ὁπόσ' ἐστὶν ἃ φέρει χρυσία.* || 26. *εὑρεθ[ήσετ]αι* Vitelli. || a) Quod superest folium extremum quaternionis fuisse suspicatur Vitelli, secundum Körte; non fuisse intimum docet contextus. || 33 sqq. Loquentium nomina non habet Q, sola signa: et —, nisi quod littera *χ*, quae in vs. 42 verbo *ἀγέτω* est superscripta, videtur nominis *χαιρ/* fuisse initialis. Sed Davi nomen efficitur e vs. 35, Chaereae e 36 et 39, tertius quis nisi Smicrinis filius esse potuit? || 35. *το[ῦτον]* Vitelli. — [*παθεῖν*] Diels. || 36. **ἀπόθνηισκ*[' :]. — [*ἀγαθῆι*] *τύχη(ι)* Wil. — *λά[λει]* Wil.

FILIUS SMICRINIS.

τίσ δ' ἡμῖν συνείσεται;

ΧΑΙΡΕΑΣ.

μόνηι
δεῖ τῆι γυναικὶ ταῖσ τε παιδίσκαισ φράσαι
αὐταῖσ, ἵνα μὴ κλάωσι, τοὺσ δ' ἄλλουσ ἐᾶν
ἔνδον παροινεῖν εἴσ με, νομίσαντασ νεκρόν.

FILIUS SMICRINIS.

ὀρθῶσ λέγεισ. — εἴσω τισ ἀγέτω τουτονί. —
ἔξεστιν· ἀμέλει διατριβὴν οὐ δέξεται
ἀγωνίαν τε τὸ πάθοσ, α . . ενστ . . . . ν . ν
ὅ τ' ἰατρὸσ ἡμῖν πιθανο . . . . . . χῆ τινα.

(In Chaereae aedes abeunt.)

Chorus ludit.

ACTUS TERTIUS (?).

Smicrines, dein Davus.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

ταχύ γ' ἦλθ' ὁ Δᾶοσ πρόσ με τὴν τῶν χρημάτων
φέρων ἀπογραφήν, πολύ τ' ἐμοῦ πεφρόντικε!
Δᾶοσ μετὰ τούτων ἐστίν. — ἀλλά, νὴ Δία,
καλῶσ ἐπόησεν· πρόφασιν εἴληφ' ἀσμένωσ
πρὸσ αὐτόν, ὥστε μὴ φιλανθρώπωσ ἔτι
ταῦτ' ἐξετάζειν, ἀλλ' ἐμαυτῶι συμφόρωσ.
τὰ γὰρ οὐ φανερὰ δήπουθέν ἐστι διπλάσια.
ἐγὼ οἶδα τούτου τὰσ τέχνασ τοῦ δραπέτου.

ΔΑΟΣ.

ὦ δαίμονεσ, φοβερόν γε, νὴ τον Ἥλιον,
τὸ συμβεβηκόσ. οὐκ ἂν ᾠιήθην ποτὲ

38. [συνείσε]ται Diels. || 40. ἐᾶ[ν] Diels. || 41. [νε]κ[ρόν] Körte. || 42. τουτονί] dubium est ι: *εἰ? || 43. [δέξεται] Wil. || 45. Subscriptum est $\overline{\chi}$ $\overline{\rho}$ $\overline{ου}$. || 46 sqq. Nomina non sunt adscripta, sed e contextu efficiuntur. || 46. χρη[μά]των Vitelli. || 47. [τ' ἐμοῦ] Vitelli. || 48. ἐστί[ν. ἀλλά] Vitelli. || 53. τ[έ]χνασ Vitelli. || 54. φοβ[ερ]όν Vitelli. || 55. συμβεβ[ηκόσ] Vitelli.

ἄνθρωπον εἰσ τοσοῦτον οὑτωσὶ ταχὺ
πάθοσ ἐμπεσεῖν. σκηπτόσ τισ εἰσ τὴν οἰκίαν
ῥαγδαῖοσ ἐμπέπτωκε.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

τί ποτε βούλεται;

ΔΑΟΣ.

De versibus 59—66 haec sola supersunt: 61]μονονβα[, 62]αρα[, 63 ἄνθρωπον[, 64 οὐκ ἔστιν οὐδ[, 65 πα . . νευ[.

ἀ]βλαβὴσ πόνου
]δ' οὐκ ἔστιν, οὐκ εὐβουλία.
καὶ δὴ θεὸσ μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖσ,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

τί ἄλογα ταῦτα γνωμολογεῖσ, τρισάθλιε;

ΔΑΟΣ.

οὐδὲν γὰρ ἄλογον δεινόν.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

οὐδὲ παύσεται;

ΔΑΟΣ.

τί δ' ἔστ' ἄπιστον τῶν ἐν ἀνθρώποισ κακῶν!
ὡσ Καρκίνοσ πού φησιν· ἐν γὰρ ἡμέρᾳ
τὸν εὐτυχῆ τίθησι δυστυχῆ θεόσ.
σὺ πάντα δ' εἴσει, Σμικρίνη.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

λέγεισ δὲ τί;

ΔΑΟΣ.

ἀδελφὸσ . . . ὦ Ζεῦ, πῶσ φράσω! . . . σχεδόν τί σου
τέθνηκεν, — ὁ λαλῶν ἀρτίωσ ἐνταῦθ' ἐμοί!

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

τί παθών;

---

56. *ἄνθρωπο[ν εἰσ]* Vitelli. || 65. *παραιευ* an *πάλιν εὐ* sit in Q dubitatur. || 67. *[ἀ]βλαβὴσ* Vitelli, initium versus sic supplens ex. gr.: *βροτῶν ἁπάντων οὔτισ.* || 68. *δ' οὐ[κ] ἔστιν* paene evanida. || 69 sq. = Aesch. fr. 160, unde *δ[ὴ θε]ὸσ* supplevit Vitelli. || 71. *[τί ἄλογα ταῦτ]α* Wil., sed in Q esse *]οσα* arbitratur Vitelli (in imagine nihil apparet): *[τί παθὼν γὰρ ἄλ]ογα?* || 72. *οὐδεν γὰρ]* vix apparent. || 73. Novum fragmentum tragicum. — *[τί], [οὐ]δ'* Vitelli. || 74. *[ὡσ]* Vitelli. — Post *ἐν* in Q est *μια(ι)*; delevit Wil. Cf. comment. || 75. *εὐτυχ[ῆ τίθη]σι* Vitelli. || 76. *[εἴσει]* vel *[ὄψει]* Wil. || 78. * *[ὁ λα]λῶν.*

ΔΑΟΣ.

χολή· λύπη τισ· ἔκστασισ φρενῶν·
πνιγμόσ.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

Πόσειδον καὶ θεοί, δεινοῦ πάθουσ!

ΔΑΟΣ.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔποσ
οὐδὲ πάθοσ —

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

ἀποκναίεισ σύ.

ΔΑΟΣ.

τὰσ γὰρ συμφορὰσ
ἀπροσδοκήτουσ δαίμονεσ διώρισαν.
Εὐριπίδου τοῦτ' ἐστι· τοὐξευρημένον
οὐ τῶν τυχόντων.

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

εἰσελήλυθεν δέ τισ
ἰατρόσ;

ΔΑΟΣ.

οἴχεται μὲν οὖν ὁ Χαιρέασ
— — — —

Aliunde cognita sunt Epicleri, cuius nominis *duas* fabulas Menandreas grammatici commemorant [a]), fragmenta quae sequuntur:

1.[b])

ἆρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον;
ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται
λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆσ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον.

E fabulae exordio desumta verba. Smicrinis?

2.[c])

ὥσπερ τῶν χορῶν
οὐ πάντεσ ᾄδουσ', ἀλλ' ἄφωνοι δύο τινὲσ
ἢ τρεῖσ παρεστήκασι πάντων ἔσχατοι

---

81 sq.[a] = Eur. Or. 1 sq., unde *δειν[ὸν ὧ]δ'* Vitelli. || 83. *δαίμον[εσ δι]ώρισαν* Vitelli. || 84. *το[ὐξευ]ρημ[ένον]* Vitelli. || 85. *εἰσελήλ[υθεν]* Vitelli. || 86. Ante *οἴχεται* in Q est *ουδεισ*. Quod nisi recte delevit Vitelli, gravius subest vitium. Körte *οὐδείσ. οἴχετ' οὖν ὁ X.* An delendum vel in versum sequentem reiciendum est *ὁ X.* || *a*) Harpocr. Athen. || *b*) Theo Progymn. 92 Speng. || *c*) Stob. Flor. 121, 11. — *βίοσ* id q. *βίοτοσ*, Circ. 376.

εἰσ τὸν ἀριθμόν, καὶ τοῦθ' ὁμοίωσ πωσ ἔχει·
χώραν κατέχουσι, ζῶσι δ' οἷσ ἐστιν βίοσ.

Smicrinis verba?

3.[a])

ἢ δεῖ μόνον
ζῆν ἢ γενόμενον πατέρα παίδων ἀποθανεῖν·
οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐστὶ τοῦ βίου πικρόν.

Smicrinis verba?

4.[b])

ἀλεκτρυών τισ ἐκεκράγει μέγα.
οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησί, τὰσ
ὄρνισ ἀφ' ἡμῶν;
αὕτη ποτ' ἐξεσόβησε τὰσ ὄρνισ μόλισ.

5.[c])

τί δ' ἂν ἔχοι νεκρὸσ
ἀγαθόν, ὅπου γ' οἱ ζῶντεσ ἔχομεν οὐδὲ ἕν;

6.[d])

ὅρα σὺ καὶ φρόντιζε καὶ ἀπόστα βραχύ.

7.[e])

<ἐγὼ γὰρ> οὔπω σοι πεπίστευμαι.

8.[f])

Vox ὄρον Menandro in altera Epiclero ξύλον τι, ᾧι τὴν πεπατημένην σταφυλὴν πιέζουσιν, significasse fertur.

---

a) Stob. Flor. 76, 4. — *ἢ κτέ. ἀποθανεῖν* Dobree] *ἢ μόνον δεῖ ζῆν ἢ παίδων γενομένων πατέρα ἀποθανεῖν.* || *b*) Athen. 373*c*, *d*. — *c*) Stob. Flor. 121, 19. || *d*) Bekk. Anecd. 81. || *e*) Priscian. 18, 266. || *f*) Harpocr. Phot.

COMMENTARII EXEGETICI

AD HEROËM.

2. παμμέγεθεσ] recentior adiectivi forma pro παμμέγασ [a]), ut ὑπερμεγέθησ [b]) pro ὑπερμέγασ [c]).

— ἀγωνιᾶν] *trepidare* [d]). Saepius apud Platonem [e]), sed *angoris* notio apud hunc nondum accessit. Sic Homericum τρέσαι apud tragicos abiit in notionem *metuendi*.

3. Compeditum εἰσ μυλῶνα ἐμπεσεῖν [f]) sive *in pistrinum dari* nota erat mancipiorum poena, quam et Silenus Euripideus commemoravit, cum Cyclope confabulatus [g]).

4. Item in Disceptantibus de hero Onesimus: τὴν κεφαλήν θ' ἅμ' ἐπάταξεν σφόδρα [h]).

6. πονηρὲ] *miser*.

12. συμπέπλεγμαι] sic alibi: μετρίωι δὲ συμπέπλεγμαι ῥήτορι [i]). Vox palaestrica proprie significat *manus conserere* [j]).

15. *Iam servi hic amant!* clamat mancipium Plautinum [k]). Alibi apud Plautum: *amo. — Tun capite cano amas, senex nequissime* [l]), apud Terentium: *quandam fidicinam amat hinc Chaerea. — Hem, quid? amat?* [m]).

16. Quotkalendis servi petebant cibum demensum [n]), et si quid de iusta mensura deerat, expostulabant [o]). Una autem choenix ad victum quotidianum satis erat [p]), duo ubertatis, plus heluantis. Iocus redit in his, qui ex hoc colloquio desumti videntur, versibus: ΔΑ. οὐπώποτ' ἠράσθησ, Γέτα; ΓΕ. οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην [q]). Nempe Geta, ut Gelasimus parasitus in Plauti sive Menandri fabula, *postquam natus est satur nunquam fuit* [r]), et recte dictum est: ἐν πλησμονῆι τοι Κύπρισ, ἐν πεινῶντι δ' οὔ [s]) sive: πλήρει γὰρ ὄγκωι γαστρὸσ αὔξεται Κύπρισ [t]). Cognato autem ioco quidam: ἔρωτα λύει λιμόσ, ἂν δὲ μή, βρόχοσ [u]).

17. πονηρόν] *mala res, nocet*. Item alibi: πονηρόν, ἄθλιε [v]).

— ὑπερδειπνεῖσ] id q. ὑπερτρυφᾶισ [w]).

18. πέπονθά ... τι] *perculsus sum* [x]). Cf. notae locutiones: τί πάσχεισ, πέπονθασ, πείσομαι, παθὼν ...; [y]).

---

a) Item Sam. 149 Timocl. fr. 8[14] Xen. Plat. al. — *b*) Nicostr. fr. 5. — *c*) Ar. Eq. 158. — *d*) Item Apollodor. Gel. fr. 1; subst. ἀγωνία Epicl. 44 fr. 534[12]. — *e*) Plat. Charm. 162*c* al. — *f*) Lys. I § 18. — *g*) Eur. Cycl. 239. — *h*) Disc. 503. — *i*) Disc. 61. — *j*) Ar. Ach. 704 al. — *k*) Plaut. Pers. 25. — *l*) Plaut. Merc. 304. — *m*) Ter. Eun. 986, ubi cf. Donatus. — *n*) Plaut. Stich. 60. — *o*) Herod. Mim. VI 5 sq.; cf. etiam Ar. Pac. 1249. — *p*) Ar. Vesp. 440. — *q*) Infra fr. 1. — *r*) Plaut. Stich. 156. — *s*) Eur. fr. 887 (Antiphan. 242). — *t*) Trag. adesp. fr. 150. — *u*) Com. adesp. fr. 238 (= Cratetis eleg. fr. 17 in brevius contract.). — *v*) Circ. 200. — *w*) Hesych.; nos: *zich overeten*. — *x*) Circ. 335 Agric. 71, nos: *ik ben getroffen*, gall.: *j'en suis frappé*. — *y*) Ar. Nub. 340.

— παιδίσκην] *liberae puellae* sic vocabantur [a]), παιδισκάρια vero servae [b]).

19. κατ' ἐμαυτόν] opp. ὑπὲρ ἐμαυτόν [c]).

20. οὕτωσ ἡσυχῆι] id q. μὴ οὕτω σφόδρα καὶ ταχέωσ, *sed pedetentim* [d]). Est sane quodammodo [e]) serva, non enim prorsus libera dici potest quae ad patris debitum solvendum mercenariam operam praestat aliis, sed libera est nata. Libertus enim fuit qui gemellorum pater habebatur Tibeüs pastor.

21. Τίβειοσ] nomen servile, ut Φρύξ, Phrygiae enim pars audiebat Τιβ(ε)ία [f]). Syllaba initialis brevis erat [g]).

22. Πτελέασι] Oeneidis tribus hic erat demus.

— γεγονὼσ οἰκέτησ νέοσ ὢν ποτε] manifestum est poetam certam ob causam dixisse Tibeüm olim servum fuisse, ut nutricem Moschionis in Samia [h]). Cum *Thressa* quadam serva contubernio tunc videtur fuisse iunctus [i]), libertate autem a Myrrhinae patre donatus esse gemellorum adoptatorum praemio.

24. Πλαγγών] puellarum ingenuarum nomen redit in Samia et apud Anaxilam [j]).

25. νῦν μανθάνω] probe novit Geta puellam formosam in aedibus vicinis habitantem, nihil igitur miratur Davi amorem.

26 sq. *Qui hic apud nos* sive Pteleae *gregum curam habet?* — Est nunc Gorgias quod Tibeus fuit ante, pastor pecudum vicanorum.

30. ἀπέσκλη] *contabuit*, fame nimirum peremtus. Verbum olim poeticum et rarum [k]) aetate Menandri in usum communem receptum esse apparet [l]).

31. τυχὸν] participium absolutum, quocum cf. παρόν, συμβάν, similia, adverbii loco hac aetate et postea usurpatum [m]), id valet quod τάχα in dictione prisca. Viam pararunt locutiones ἐὰν τύχω (-ησ, cet.) [n]), ὁ τυχών, ὡσ ἔτυχε *sic temere* [o]). Etiam τυχὸν ἴσωσ est dictum [p]), ut olim τάχα ἴσωσ [q]).

32 sq. Constr.: τελευτήσαντα δὲ αὐτὸν ὁ Γοργίασ ἔθαψε προσλαβὼν κερμάτιόν τι (πρὸσ τὰσ δύο μνᾶσ).

34. πρὸσ ἡμᾶσ ἐνθάδε] *in nostras* (heri Lachetis) *aedes* [r]).

36. ἀπεργαζόμενοσ] id q. ἀποδιδοὺσ ἐξ ὧν εἰργάσατο [s]). Solvebat Gorgias Lacheti nummos a ceteris vicanis acceptos et ipsius oves gratis pascebat.

37. τῆσ ἐμῆσ κεκτημένησ] structura docet in substantivi notionem abiisse hoc participium, quo Aristophanes sub vitae finem uti coe-

---

a) Fr. 102 et Invis. fr. 4. — *b*) Cf. vs. 38 Epicl. 39. — *c*) Disc. 146. Item Circ. 96, 303 Sam. 177 Ar. Vesp. 531 Ran. 500 al. — *d*) Ter. Phorm. 552. — *e*) Circ. 63 fr. 539, nos: *in zekeren zin.* — *f*) Steph. Byz. et Suid. s. v., Leucon. fr. 3 Lucian. XLV § 29, Men. fr. 231 (corr. Bentley), 330. Fr. 1075 ad nostram fabulam spectare patet. — *g*) Vs. 28 Perinth. 3. — *h*) Sam. 21-23. — *i*) Infra vs. 74. — *j*) Anaxil. fr. 22[8], ubi meretricis est nomen. — *k*) Ar. Vesp. 160. — *l*) Dein apud Atticistas, ex. gr. Lucian. X 27 § 7. — *m*) Item Disc. 310, 517 Circ. 184 Agric. fr. 2, fr. 128[7]. Plato eo non est usus, sed in dialogis spuriis legitur Alcib. II 140*a*, 150*c* Eryx. 399*b*. — *n*) Ar. Ran. 915. — *o*) Sam. 79. — *p*) Disc. 329 Circ. 147, 241 Adul. 7 Timocl. fr. 14[2]. — *q*) Ad Ar. Thesm. 830 sq. — *r*) Item Circ. 130 sq. al. — *s*) Suid. et Harpocr. s. v. ἀπεργασάμενοσ ex Isaei oratione deperdita.

pit [a]), saepius usus est Menander [b]). Sic alibi dixit: τὴν ἐμὴν τεκοῦσαν μητέρα [c]). Dictionis gravioris erat δέσποινα [d]).

38. παιδίσκη;] *liberane puella servili fungitur officio?* [e])

40. *Voltu ... | adeo modesto, adeo venusto, ut nil supra* [f]).

46. Lemnus, Imbrus, Scyrus insulae, pace Antalcidae Atheniensibus olim relictae [g]) et a colonis Atheniensibus habitatae, ipsius Atticae partem efficiebant, itaque multi cives negotiorum privatorum causa iter illuc faciebant. Etiam in Terentii sive Apollodori Phormione [h]) et in Plauti Truculento [i]) fit iter Lemnum, Imbrum autem [j]) in Terentii sive Apollodori Hecyra [k]).

AD DISCEPTANTES.

2. ὑπὲρ ... τοῦ μεθύσκεσθ'(αι)] *de ebrietate.* Non rara apud nostrum recentior haec est praepositionis ὑπέρ vis (= περί, *super* = *de*) [l]).

4. εἰ καὶ] concedentis haec. Si quis genio suo indulgens ... vappa immodice se ingurgitet aliquando, id non grave admodum videtur Smicrini τῶι σμικρολόγωι De vino minime pretioso eum loqui manifestum est; rerum autem venalium pretia post aetatem Aristophanis magnopere sunt aucta. Nam olim vinum, cuius ternae cotylae prostarent obolo, sive οἶνοσ τρικότυλοσ, satis bonum habebatur [m]).

7. τὸν ἔρωτα] *les amours, l'amourette* [n]). Cum risu amaro dictum.

— πάλιν οἰμώξομαι] *plorare denuo iubebor*, ut tum cum Pamphilae partum clandestinum ad Charisium detuli [o]).

8 sq. Ex his verbis non efficitur pauperem esse Charisium, sed Smicrinem avarum, certe nummorum plus aequo amantem.

10. ἀπόκοιτόσ ἐστι] *pernoctat foris* [p]). Non *solebat* Charisius noctes suas foris transigere postquam uxorem duxit, sed noctem *proximam* notam ob causam transegit.

— πορνοβοσκῶι κτέ. δίδωσι] Abrotoni psaltriae mercedem dicit, a Charisio conductae nuper, non emtae [q]). Pro singulis diebus, quos haec apud Charisium transigit, huic uni operam dans, lenoni solvuntur drachmae duodenae.

13. πρὸσ] *insuper* [r]).

14 sq. Duo oboli sufficiebant in singulos dies ad vitam modice sustentandam, et notissima inde ab anno 410 Athenis fuit διωβελία

---

a) Ar. Eccl. 1126 Plut. 4. — *b*) Disc. 392 Circ. 61, 67, (72[7]) 330. — *c*) Circ. 345. — *d*) Her. fr. 2 Disc. vs. lacunosus post 417 Adul. 22 fr. 402[7]. — *e*) Cf. vs. 18. — *f*) Ter. Andr. 119 sq. — *g*) Xen. Hell. V 1 § 31 Dem. IV § 34. — *h*) Phorm. 66, 567, 680. — *i*) Truc. 91. — *j*) De hac insula cf. pag. XIV *e*. — *k*) Hec. 171 sqq. — *l*) Circ. 273, 325. — *m*) Ar. Thesm. 743 (?). — *n*) Vs. 383. — *o*) Cf. etiam vs. 247. — *p*) Ter. Hec. 539; cf. Lucian. LXVII 10 § 2 et gallicum verbum *découcher*. — *q*) Pag. 13 *a*. — *r*) Arist. Vesp. 1320 Ran. 415.

sive sportulae diurnae [a]). Adverbium πρόσ ut in his ex. gr. Dionysi Aristophanei verbis: καὶ ἔγωγε πρόσ [b]).

15. τί τισ ἐρεῖ ποτε!] *verbis quid tandem opus!* Futurum tempus in ore indignantium, ut passim [c]).

16. Patrem suum Chaerestratum hodie ruri adfore nescire non potuit Charisius [d]). Sed nihil id ad eum! Indignatione enim abreptus secum decrevit palam proloqui se Pamphilam res suas habere iussisse.

24. οὕτωσ—γένοιτο] item infra [e]).

25. εἰσ κόρακασ] *in patibulum* [f]).

26–28. Qualia Charisius Athenis designaverit, satis superque audivit Smicrines; sed erga Pamphilam, antehac ei carissimam, quomodo iam se gerat nondum habet compertum, prius autem quam habeat adire non vult generum. Voce εἴσω suam ipsius villam significat, in quam confugit Pamphila a marito pulsa [g]).

29. *Dicamus Charisio Smicrinem ex urbe in villam suam venisse.* Colloqui ministros testatur αὐτόσ vox *dominum* significans [h]). Onesimum haec dicere tute hinc colligitur.

31. πολλὰσ ἐβουλόμην ἅμα] irati hominis verba inconsiderata.

32. *Unam certe domum praeterea perturbas, eamque proximam,* voce minaci ait Onesimus. Generi enim „amores" turbando senex et suam ipsius quietem perdet. Nempe scit Onesimus quid ad Smicrinis crimina respondere possit Charisius, novit enim quid Pamphila deliquerit, — certe nosse sibi videtur, — Smicrines autem prorsus ignorat.

34–36. Simillimis verbis chorus introducitur in Circumtonsa [i]) Coquus ὄχλον τινὰ dicit Charisii convivas nondum sibi cognitos.

37–42. Primos hos secundi actus versus Onesimi esse e voce δεσπότησ collegitur.

43. Tota servorum haec altercatio ad nos videtur pervenisse, aptum enim in scenam introitum praebet hic versus. Res anteactae infra narrantur [j]). Syriscus servus Chaerestrati senis, Charisii patris, e saltu ubi habitat — est enim carbonarius — hodie adest ad solvendam domino pensionem singulis mensibus debitam. Chaerestratum in urbe habitare, sed rus venire identidem ad colligendas servorum pensiones, — κομιούμενον τὰσ ἀποφορὰσ τῶν ἀνδραπόδων τῶν χωρὶσ οἰκούντων [k]), — e poëtae verbis [l]) efficitur. Casu autem Syrisco modo occurrit Davus quidam, item servus, a quo Syriscus proximo mense accepit infantem in silva inventum.

— δυστυχήσ] ita nunc usurpatur ut κακοδαίμων, ἄθλιοσ, πονηρόσ.

44. οὐ—σ'(ά)] similia Davi verba sunt infra [m]).

— ἐπιτρεπτέον τινί] *arbitratu alieno res dirimenda* [n]). Verbum ἐπιτρέπειν infra redit [o]).

---

a) [Aristot.] Rep. Ath. 28 al., Ar. Vesp. 52, 1189 Ran. 140 sq. — b) Ar. Ran. 415. — c) Ar. Nub. 1101 Plut. 1161 Eq. 1183. — d) Vs 203. — e) Vs. 239. — f) Item Circ. 206 Sam. 138, 155 Ar. Ran. 187, 607. — g) Vs. 490. — h) Vs. 197, 239. — i) Circ. 76. Similia Ar. Plut. 255. — j) Vs. 100-104. — k) Andocid. I § 28, [Xen.] Reip. Ath. I § 11, Demosth. LIII § 20 sq., XXVII § 30, Boeckh Haush.[3] I 91. — l) Vs. 203-205. — m) Vs. 115, 185. — n) Plaut. Rud. 1005. — o) Vs. 191, 240; cf. Ar. Ran. 529 al.

45. Ab enclitica versus incipit, artissime igitur cum proximo coniunctus. Similia sunt τῶν, καί, alia in versuum exitu collocata, nec non δ' vel μ' in fine elisum *a*).

47. τί] id q. διὰ τί, ut in his verbis: τί γὰρ ἐγὼ κατελειπόμην *b*).

— τοῦτον] Smicrines de conviviis, vino, fidicina plus quam satis erat comperit, iamque in urbem redit, ut nonnulla, quae ad rem pertinent, etiam accuratius exploret prius quam ipsum Charisium aggrediatur.

48. ἀγαθῆι τύχηι] *per me licet, di vortant bene c*).

53. διάλυσον] *inter se reconciliandi* vim hoc verbum habet in sermone forensi; ipsorum litigantium erat διαλύσασθαι πρόσ τινα sive *cum aliquo decidere, rem componere.*

— κάκιστ' ἀπολούμενοι] proprie: *qui, si quid mea vota valent, male perituri estis d*). Vox in comoedia frequens; omnino autem in minis frequens fuit usus temporis futuri *e*).

54. Seriine quod agatis nihil habetis? Quin hinc facessitis ad labores? Servorumne iam est causas dicere?

— διφθέρασ | ἔχοντεσ] operariorum sub divo degentium, pastorum praesertim, vestimentum erat διφθέρα sive pellis *f*), et inter personas comicas erat γέρων διφθερίασ sive *senex rusticus g*).

55. ἀλλ' ὅμωσ!] elliptica loquendi formula, in dictione familiari haud rara *h*).

57—61. Similia sunt quae in alio Menandri dramate dicebantur: εἴπερ τὸν ἀδικοῦνθ' ἀσμένωσ ἠμύνετο | ἕκαστοσ ἡμῶν καὶ συνηγωνίζετο, | . . . οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ηὔξετο | τὸ τῶν πονηρῶν κτέ. *i*)

59. τούτου τοῦ μέρουσ] simillimus vocis μέρουσ usus est in locutione τὸ ἐμὸν (σὸν, cet.) μέροσ, *quantum in me* (*te*, cet.) *est j*). Neque hinc aliena sunt haec: μὴ ἐν παρέργου μέρει θεῖναι *k*), ἐν ἀρετῆσ καὶ σοφίασ μέρει τιθέναι τὴν ἀδικίαν *l*), μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει | μήτ' ἐν θεοῦ ζῆν *m*), alia *n*). *Rerum humanarum aliqu'm partem* sive: *res humanas a certa quadam parte conspectas o*) in hoc loquendi genere valet vox μέροσ, hinc etiam *rem* in universum.

60. κοινόν . . . τῶι βίωι πάντων] *cunctis hominibus utile p*).

61. μετρίωι] *haud contemnendo, minime imperito q*). Litotes haec est.

— συμπέπλεγμαι] verbum palaestricum, *manus conserere* significans *r*).

62. τί γὰρ μετεδίδουν!] sua ipsius verba iterat *s*).

— ἐμμενεῖτε . . . | οἷσ ἂν δικάσω;] idem dicebatur ἐμμένειν τοῖσ γνωσθεῖσι *t*) vel τῆι διαίτηι *u*).

63. τί γὰρ | τὸ κωλύον;] bilis quidem fervet seni, qui perpaucorum truculentorumque nunc est ver-

---

a) Circ. 11, 40, 160, 243 Agric. 26 Perinth. 23 fr. 4029, 12 Alex. 20^{4}, 24^{2}, 110^{21}, 255^{3} Eubul. 111 Philem. 126^{2} Diphil. 77 Arched. 2^{8} adesp. 369 al., Ar. Ran. 298 Plut. 752. — *b*) Fr. 900. Item vs. 62,190, al. — *c*) Ter. Eun. 390, gall.: *à la bonne heure*. Cf. Sam. 82 Epicl. 36 Ar. Av. 435. — *d*) Ar. Vesp. 412. — *e*) Ar. Plut. 608. — *f*) Vs. 153 Ar. Nub. 72 Vesp. 444 Poll. IV 119. — *g*) Varr. R.R. II 11, 11. — *h*) Ut nostrum: *och toe!* Item Ar. Ach. 402 al. — *i*) Fr. 542. — *j*) Ar. Lys. 238. — *k*) Plat. Reip. 370 *b*. — *l*) Ibid. 348 *e*. — *m*) Alex. fr. 240. — *n*) Vs. 294, 511 Circ. 107 fr. 487. — *o*) *Een zijde der dingen.* — *p*) *Een levensbelang der maatschappij.* — *q*) Circ. 262 Adelph. fr. 6. — *r*) Her. 12 Ar. Ach. 704 al. — *s*) Vs. 47. — *t*) Dem. XXVII § 1 Isae. V § 31. — *u*) Ar. Vesp. 524 Dem. XL § 11. Cf. et Epicl. 29.

borum, sed ob quam festinet officiumve perhumane sibi oblatum detrectet nunc causam habet nullam.

65 sqq. Orationes quae sequuntur a Quintiliano sunt laudatae inter ea poetarum opera, quae praesertim ducebat utilia eloquentiae studiosis *a*). Prior verba facit is a quo petitur, arbitro iubente, non is qui petit, ut ante tribunalia solebat fieri et ferebat ratio. Idem in Thesauro fecit poëta *b*). Nunc sic effecit ut spectatoribus primo adspectu optima videretur Davi causa, quo magis mox sunt delectati Syrisci oratione victrice.

65. ἄνωθεν] mente suppl. ἀρξάμενοσ vel simile quid.

67. τῶι δάσει] *le maquis*, Hom. τὸ δρίοσ *c*). Recentioris dictionis vox *d*). — Capellas igitur Davus pascebat, non oves.

— τῶν χωρίων | τούτων] *istarum* (*vestrarum*, Smicrinis igitur et Charisii) *villarum e*). Erat Davus communis vicanorum pastor, ut Gorgias in Heroë.

71. δέραια] id q. περιτραχήλια *f*) sive ἐπιτραχήλιον κόσμον *g*), etiam περιδέραια dicta *h*). Vox infra redit *i*). Inter ἀναγνωρίσεωσ scenicae εἴδη Aristoteles τὸ διὰ περιδεραίων commemoravit *j*).

72. ἐστίν] mente addi potest ἡμῖν ἡ δίκη, *his de rebus agitur k*).

77 sq. ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖσ σοφοῖσι γίγνεται *l*), πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸσ μᾶλλον ἐξευρίσκεται *m*).

78—80. ἐμοὶ | τί παιδοτροφίασ καὶ κακῶν et: τί φροντίδων ἐμοί!] *quid mihi cum liberorum educandorum molestiis! quid mihi cum curis!* Figuram quae ἓν διὰ δυοῖν dicitur efficiunt παιδοτροφία καὶ κακά, nam id quod τὰ τῆσ παιδοτροφίασ κακά valent; similia apud Aristophanem sunt πτεροῖσι καὶ ῥοιζήμασι, τῆι βαδίσει καὶ τῶι τάχει, alia *n*). Genitivus autem ita usurpatus est ut infra: τί μοι πατρόσ *o*) et in verbis Xanthi Homerici: τί μοι ἔριδοσ καὶ ἀρωγῆσ *p*). Partitivi hi sunt genitivi.

86. τί γάρ;] item in Agricola *q*).

87. περίεργοσ] id q. πολυπράγμων *r*), item περιεργάζεσθαι = πολυπραγμονεῖν *s*).

89. οὕτω τί σοι | ἀγαθὸν γένοιτο] similes alibi apud nostrum sunt formulae obtestandi *t*).

90. παρ' ἕκαστον] *identidem talia intermiscens u*). Sic et ἐφ' ἑκάστωι *quavis occasione v*), ἐφ' ἑκάστου *de quavis re w*).

91—93. Plautina haec sunt conferenda: *servus . . . quom conspicatus est primo crepusculo | puellam exponi, adit extemplo ad mulierem, | quae illam exponebat, orat ut eam det sibi. | Exorat, aufert, detulit recta domum. | Dat herae suae x*).

92. ἐλεύθεροσ] mente add. γένοιο.

96. κατέτριψε] *trivit* (*tempus*). Alienus hinc est verbi κατατρίβειν

---

a) Quint. X 1 § 70. — *b*) Ter. Eun. 10 sqq. — *c*) ξ 353. — *d*) Thom. Mag. s. v. — *e*) Ar. Eq. 1077. — *f*) Hesych. — *g*) Suid. — *h*) Com. fr. adesp. 146. — *i*) Vs. 128, item Circ. 385 Ar. fr. 320[5] Eur. Ion. 1431. — *j*) Arist. Poët. 16. — *k*) Ar. Eq. 87. — *l*) Monost. 150. — *m*) Epicharm. 259 Lor. — *n*) Ar. Av. 1182, infra vs. 128, 527. — *o*) Vs. 543. — *p*) Φ 360. — *q*) Agr. 85. — *r*) Item infra fr. 3 Sam. 85. — *s*) Vs. 400. — *t*) Vs. 24, 183, 187, 604 Circ. 210, 213. — *u*) Nos: *ieder oogenblik*. Cf. Plat. Prot. 325 *d*. — *v*) Fr. 533. — *w*) Fr. 682. — *x*) Plaut. Casin. prolog.

usus ille, quo *labore* vel *taedio enecare* significat [a]).

97. *Promisit* Davus in silva, dein *dedit* domi.

98. λαμβάνων] *cum acciperet*, id q. δεχόμενοσ (τὸ παιδίον).

99. ἀπηλλάγη] rarior verbi ἀπαλλαγῆναι hic est usus, breviloquentia natus ex: ἀπῆλθε καὶ οὕτωσ ἔγωγε αὐτοῦ ἀπηλλάγην. Nam solet ἀπαλλαγῆναι is dici qui *a molestia aliqua liberatur* [b]). Nostro loco similia sunt Athenagorae apud Thucydidem truculenta haec verba: καὶ τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν . . . ἀπαλλάγητε *cum istiusmodi naeniis hinc quam primum facessite* [c]).

100. ἄφνω] cum verbo ἀξιοῖ iungendum.

102. λῆρόσ τισ] mox apparebit mendacium hoc esse, satis enim pretiosa esse illa crepundia.

105. δέ γε] crebrae in altercantium ore particulae [d]).

107. οὐκ ἐξετασθῆναί με δεῖ] *non est cur ratio a me poscatur* [e]).

108—111. „Etiamsi una mecum ille haec crepundia invenisset, altera pars ei deberetur sola: nunc cuncta videlicet sibi poscit, at nihil omnino invenit". Postrema sic possunt enuntiari oratione soluta: νῦν δέ, ἐπειδὴ μόνοσ εὗρον ἐγώ, σὺ δσ τότε οὐ παρῆσθα οἴει δεῖν σὲ ἔχειν ἅπαντα, ἐμὲ δὲ οὐδὲ ἕν;

109. εἰ . . . ἦν κοινὸσ Ἑρμῆσ] *si amborum hoc fuisset* ἑρμαῖον sive *lucrum fortuna oblatum* [f]).

111. οὐδὲ ἕν] frequens apud nostrum forma, rara in Aristophanis fabulis prioribus [g]).

112. τὸ πέρασ] *denique, ut finem dicendi faciam* [h]).

115. ἔλαττου] *verbis eleva* [i]).

117. εἴρηκα τόν γ' ἐμὸν λόγον] sollemnis orationum exitus; sic praeco apud Aeschylum: πάντ' ἔχεισ λόγον [j]) vel Aiax Sophocleus: πάντ' ἀκήκοασ λόγον [k]).

118. εἴρηκεν;] non vult committere Syriscus ut denuo minitari sibi possit senex.

— καλῶσ] *optime habet*, ut in verbis Philocleonis Aristophanei: καλῶσ, ὅτι κατ' . . . ἐμαυτὸν λήψομαι [l]). Qualia sono vocis facile distinguebantur ab eo adverbii usu quo *tam gratia est* (= *plura non desidero*) significabat [m]).

124 sq. οὑτοσὶ et τούτωι] emphasin habent: ipse narravit, ipsius sodalis reticendum non duxit.

126 sq. *Ad hunc mundum repetendum* [n]) *ipse nunc adest puerulus.*

128. δέραια καὶ γνωρίσματα] est hoc ἓν διὰ δυοῖν [o]) vel potius vox γνωρίσματα [p]) includit vocem δέραια [q]): *crepundia ceteraque* (= *et si qua praeterea habes*) *monumenta.*

130. διατροφήν] odii et contumeliae aliquid habet hoc compositum, quod simplici voci τροφῆι non inest. Sic alibi apud nostrum est: ὁ πρῶτοσ εὑρὼν διατροφὴν πτωχῶι τέχνην κτἑ. [r]). Nempe τροφή: διατροφή = τρέφω: βόσκω [s]).

---

a) Ar. Pac. 355. — *b*) Ar. Ach. 201. — *c*) Thuc. VI 40 § 1. Alia Ar. Vesp. 484 Plut. 316. — *d*) Ar. Nub. 175. — *e*) Nos: *dan behoor ik daarvoor niet ter verantwoording te worden geroepen.* — *f*) Plat. Phaedon. 107 *c* al. — *g*) Ar. Plut. Proleg. XX. — *h*) Vs. 358, 505 Phasm. 39 Apollodor. fr. 13^{3} Hegesipp. 1^{10} Euangel. 1^{9} al. — *i*) Item Xen. Cyrop. VI 3 § 17. — *j*) Aesch. Ag. 582. — *k*) Soph. Ai. 480. — *l*) Ar. Vesp. 785. Item infra vs. 179 Circ. 240, 437. — *m*) Circ. 266, 437 Ar. Ran. 508. — *n*) Ar. Ran. 69. — *o*) Supra vs. 78-80. — *p*) Item vs. 156, 166 Circ. 386. — *q*) Supra vs. 71. — *r*) Fr. 14. Item infra vs. 380, et cf. Adul. 8. — *s*) Ar. Ach. 678.

132—137. Constr.: νῦν γνωστέον σοί ἐστι πότερα τῶι παιδίωι τηρεῖσθαι δεῖ ταῦτα ἢ τὸν λελωποδυτηκότα ἔχειν, quod participium maligne nunc dictum pro κεκλοφότα. Nempe de ipso pueruli corpore Davus signa illa detraxit *a*).

134. ἅττα ποτ' ἐστὶ] nondum vidit Syriscus crepundia de quibus agitur.

138. εἰ] *siquidem*, *quandoquidem*, ἐπειδήπερ.

141 sq. οὐδὲ ἓν et μηδὲ ἓν] ut supra *b*).

142. κοινὸσ Ἑρμῆσ] Davi verba Syriscus affert *c*).

143. σῶμ'(α)] id q. ἄνθρωπον vel τινα, ut saepe *d*).

145. ἐκεῖσε] id q. εἰσ τὸ μέλλον.

146. ὑπὲρ ἡμᾶσ] opp. καθ' ἡμᾶσ *e*).

148. ἄιξασ] sic de Callia Aeschines: μικρὸν διαλιπὼν χρόνον πάλιν ἧκε φερόμενοσ εἰσ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν *f*). Praeterea huc faciunt locutiones Euripidea: εἰσ τὴν φύσιν βλέπειν *g*) sive σκοπεῖν *h*) et Aristophanea: πάραιξον καὶ ἀπόλυσον *i*).

149. Cum numeri (ὅπλα, –◡) sunt tragici *j*), tum ipsi hi leones sunt poëtici; ἐν τῆι γὰρ Ἀττικῆι cetera que Graecia τίσ εἶδε πώποτε λέοντασ! *k*) Sed conferri potest Demus Aristophaneüs iuvenes generosos venari iubens potius quam in foro tempus terant *l*). Si non leones, ὗσ certe ἀγρίουσ κυνηγετεῖν iuvenum nobiiiorum habebatur *m*); et poterat quis itinera suscipere ad bestias externas venandas, ut nostro aevo fecere multi, qui otio et nummis melius uti nesciebant.

150—162. Etiam in Samia alter disputantium petit argumentum e notissima quadam fabula tragica *n*), infra autem nutrix Sophrone *o*) non minus peritam se praestat fabularum tragicarum et ipsius dictionis tragicae, quam nunc carbonarius Syriscus; item Davus in Epiclero(?) *p*) et in ignota aliqua nostri fabula servus τρόφιμον suum sive *filium herilem q*) *allocutus r*). Apud Plautum autem — sive apud ipsum Menandrum — servus quidam respicit fabulam quae fuit de Bellerophonte *s*) et totam belli Troiani fabulam *t*), leno fabulam Dirces *u*), coquus Peliae et Medeae fabulam *v*), — veri hac quoque in re discipuli Euripidis illius, qui mancipia et aniculas aeque bene atque dominos ipsosque reges in suis dramatis loqui gloriatus est apud Aristophanem, indignante Aeschylo *w*). Nunc quam Syriscus respicit materiem, eam in *Tyro* dramate tractavit Sophocles: Tyro Neptuno peperit gemellos Neleum et Peliam; qui infantes sunt expositi, postea autem διὰ σκάφησ τινόσ, quae in proverbium fere vertit, agniti *x*). Quae si nunc respicitur fabula Sophoclea, hinc efficitur, quod notatu est dignissimum, etiam Menandri aetate in vulgus nota fuisse huius poëtae dramata. Sed quoniam cum nostro loco neque

a) Ar. Ran. 772. — *b*) Vs. 111. — *c*) Vs. 109. — *d*) Fr. 68 Plat. Leg. 908 *a* Dem. XXXIV §10 XX § 77 Hyperid. V § 16 al.; cf. etiam infra vs. 163 sq. et brit. *some-*, *nobody*. — *e*) Her. 19. — *f*) Aeschin. III § 89. — *g*) Eur. Iph. Aul. 1411 sq. — *h*) Eur. fr. 812[5]. — *i*) Ar. Vesp. 988. — *j*) Ar. Vesp. 1203 sq. — *k*) Nausicr. fr. 3. — *l*) Ar. Eq. 1382 sq. et in fabulae fine. — *m*) Aeschin. III § 255. — *n*) Sam. 244 sqq. — *o*) Vs. 657 sqq. — *p*) Epicl. 67—85. — *q*) Vs. 160. — *r*) Fr. 531. — *s*) Plaut. Bacch. 810 sq. — *t*) Ibid. vs. 925 sqq.; locus festivissimus. — *u*) Pseud. 199. — *v*) Ibid. vs. 869. — *w*) Ar. Ran. 949 sqq. — *x*) Aristot. Poët. 16 Ar. Lys. 139.

ea congruunt quae Aristoteles de puerorum agnitione tradidit, — licet conciliari possint fortasse, — neque Apollodori verba hanc fabulam enarrantis [a]), hic enim pueros ab equisone educatos ait, Syriscus autem noster ab opilione, potius sumendum videtur Tyrus Neptunique amores, e qua fabula ducti sunt natales Romuli et Remi, etiam post Sophoclem saepius poëtis tragicis argumentum praebuisse.

150. τεθέασαι τραγωιδούσ] *spectasti dramata tragica*. Sic apud Aristophanem ἐν τοῖσ τραγωιδοῖσ id valet quod ἐν ταῖσ τραγωιδίαισ [b]).

151. καὶ — πάντα] *et omnia ista* (fabulas quas dico tragicas) *probe tenes memoria.*

153. ἔχων — διφθέραν] respicit verba Smicrinis [c]).

156 et 166. γνωρισμάτων et -τα] vox Syrisco iam usurpata [d]).

160. δραχμὰσ δώδεκα] vocis δραχμῆσ vel δαρχμῆσ syllaba prior comicis anceps fuit [e]). Duodenarius numerus non certam nunc ob causam commemoratur, — pretium enim illis crepundiis nullum dum est constitutum, — sed exempli causa dicitur, ut alibi ἢ δώδεκ' ἢ τρεῖσ καὶ δέκα et similia dicuntur ad numerum „rotundum" significandum [f]).

163 sq. σῶμα et αὐτοῦ] *viventis corpus* [g]) sic nunc opponitur eius *animae*. Aliter olim Homerus, σῶμα dicens *corpus mortuum, cadaver,* et pronomine αὐτόσ ipsos mortuos ab eorum animis distinguens [h]).

166. Amoris incesti διὰ γνωρισμάτων prohibiti exemplum habet Circumtonsa fabula [i]); etiam Epidicus Plauti huc facit.

167. ἐρρύσατο] *servandi* hoc verbum a dictione comica alienum [j]), ut ῥύσια [k]), Syriscus cum ipsis rebus, de quibus sermo est, e tragoedia desumsit.

170. ταῦτα] quae e tragoedia sive prisca gentis Graecae historia modo commemoravit.

173. Praemissum negationi δίκαιον habet emphasin [l]).

174. πρὸσ] *insuper* [m]).

179. καλῶσ] *optime* [n]). Nempe non dubitat Davus quin puerulum, quem invenerit, ipsi Smicrines sit decreturus. Hoc erat ἰσχυρὸν illud, quod habere sibi videbatur [o]).

181. ἀδικοῦντοσ] mente add. αὐτό.

183 et 187. Similia supra [p]).

187. φέρε] id q. mox δόσ, *cedo !* [q]).

188. ἃ] id q. ὅτι τοιαῦτα. Herculis invocati sic indicatur causa [r]).

190. τί et verbum ἐπιτρέψαι ut supra [s]).

191. ἐργαστήριον] *ergastulum* dicitur qui *ergastularis* sive ergastulo dignus videtur. Sic apud comicos Latinos nequam homines audiunt *carcer* [t]), *crux* [u]), *gymnasium flagri* [v]), *caenum* sive *lutum* [w]), *hara*

a) Apollodor. I 9, 8. Cf. tamen Soph. fr. 589. — *b*) Ar. Av. 512. — *c*) Vs. 54. — *d*) Vs. 128. — *e*) Etiam Ar. Vesp. 691 Plut. 1019 Plat. fr. 174^{17} Antiphan. 147^{5} Philippid. 9^{7} Machon. Athen. 581 *ŏ* longa est habita. — *f*) Ar. Ran. 50 Hom. α 245—248 et ad *E* 193. — *g*) Ut vs. 143. — *h*) *Α* 4 al. — *i*) Circ. 22. — *j*) In cantico est Ar. Lys. 342. — *k*) Soph. Oed. Col. 858 al. — *l*) Ut ϑ 214 Ar. Pac. 42, 125, 672 Av. 1220 al. — *m*) Ar. Ran. 415. — *n*) Vs. 118. — *o*) Vs. 172. — *p*) Vs. 89. — *q*) Ar. Vesp. 148 Ran. 498. — *r*) Circ. 279. — *s*) Vs. 47 et 44. — *t*) Ter. Phorm. 373. — *u*) Plaut. Pers. V 2. — *v*) Plaut. Asin. 297. — *w*) Plaut. Psend. 366 Pers. III 3.

suis a), *sterculinum* b), *sepulcrum* c), apud Catullum *lutum* et *lupanar* d). Etiam ἑορτή e) et *festus dies* f) translata huc faciunt. Praeterea componi possunt μαστιγίασ, ἱερόσυλοσ g), σκατοφάγοσ h), βωμολόχοσ i), τοιχωρύχοσ j), τυμβωρύχοσ k), θεοῖσ ἐχθρόσ l), βάσκανοσ m), κάκιστ' ἀπολούμενοσ n), *bustirapus*, alia o), ab iratis temere in homines invisos coniecta cognomenta. Vox ἐργαστήριον *tabernam* in universum significat proprie, sed nunc potius conferendi sunt Antiphanis hi versus: πρὸσ γὰρ τὸ γῆρασ ὥσπερ ἐργαστήριον | ἅπαντα τἀνθρώπεια προσφοιτᾶι κακά, *ut pessimi quique homines in ergastula, sic in senectutem mala quaevis confluunt* p).

194. ὡσ ἡλίσκετ'(ο)!] *ut confutabatur!* — „Invictis" nimirum illis quae habebat argumentis victus est ipse.

— οὐκ ἂν ᾠιόμην] in hac locutione q) supervacua est particula ἄν, nata enim est e duabus his locutionibus inter se confusis et in unum contractis: οὐκ ᾠιόμην et: οὐκ ᾠιόμην τοῦτο γενέσθαι ἄν r).

195. Ignotum iis esse Smicrinem ipsosque illi, cum per totum colloquium apparet, tum e voce βέλτιστε efficitur.

196. θᾶττον] id q. μᾶλλον, *potius quam tales quales novimus iudices.* Cf. *prius* in Terentii hoc versu: *spectandae an exigendae sint vobis prius* s). Idem sic poterat enuntiari: εἴθε πάντεσ οἱ δικάζοντεσ ἦσαν τοιοῦτοι!

— ἀδίκου πράγματοσ!] *quam iniqua est haec res!* Quales clamores aut articulum habent, aut adiectivum, non ambos t).

198. ἤσθασ] infra redit forma haec metaplasta u); sed et ἤσθα apud nostrum legitur v). Etiam οἶσθασ sono supervacuo ornatum a Menandro est usurpatum w), saepius tamen οἶσθα x). Alibi extat forma Ionica οἶδασ ij).

— ὅπωσ] brachylogia eadem et alibi est apud nostrum z).

201. βάδιζε] *i modo* aa).

202—205. Syriscus τὸν τρόφιμον sive *herilem filium* bb), *familiarem filium* cc), *herum minorem* dd), dicit Charisium, Chaerestratus autem sive Charisii pater ei fuit *herus maior* ee). Frequens apud

---

a) Plaut. Most. 39. — *b*) Plaut. Pers. III 3 Ter. Phorm. 526. — *c*) Plaut. Pseud. 412. — *d*) Catull. XLII 13. — *e*) Herod. Mim. VI 16. — *f*) Ter. Eun. 560. — *g*) Vs. 549. — *h*) Circ. 204. — *i*) Ar. Ran. 358. — *j*) Fr. 853, *perforator parietum* Plaut. Pseud. 979. — *k*) Ar. Ran. 1149. — *l*) Ar. Vesp. 418. — *m*) Circ. 279. — *n*) Supra vs. 53. — *o*) Complura Plaut. Pseud. 360 sqq. — *p*) Antiphan. fr. 240. Cf. nostrum *werkhuis.* — *q*) Item Eur. Alc. 1088 Thuc. VII 55 § 2 al. — *r*) Item nos: *ik zou het nooit gedacht hebben.* Similia *Γ* 235 *K* 88 al. — *s*) Andr. 27. Gall. *plutôt*, nos *veeleer.* — *t*) Item vs. 221 Circ. 193, 377 fab. incert. 23, 57 Epicl. 80; cf. Ar. Lys. 967. — *u*) Circ. 100. — *v*) Vs. 352, 649. — *w*) Vs. 306 fr. 348[5] (Her. 10?); item Alex. 15[11] adesp. fr. Jouguet 152 (Bull. de c. H. 1906, 138 (Herod. Mim. II 55. Etiamne Cratin. fr. 105? — *x*) Vs. 366 al. — *ij*) Eur. Alc. 780 Philem. fr. 44[3] Phoenicid. 3 al.; cf. v. l. Hom. *α* 337 *A* 85, Aelius Dionysius apud Eust. 1773, 30. — *z*) Vs. 644 Ar. Nub. 489. — *aa*) Circ. 132. — *bb*) Plaut. Trin. 632 Bacch. 351 Pseud. 395 al. Ter. Andr. 602 Phorm. 5; *herilis filia* Plaut. Aul. 74, *herilis filius minor* Ter. Eun. 289. — *cc*) Plaut. Asin. 267. — *dd*) Plaut. Asin. 329 Pseud. 1268 Ter. Heaut. 628. — *ee*) Plaut. Capt. 708 Asin. 329 Bacch. 642 Pseud. 1283.

nostrum est vox τρόφιμοσ a), quae apud Photium recte redditur ὁ νεώτεροσ δεσπότησ, ibi igitur apta potissimum ubi δεσπότησ γεραίτεροσ sive pater senex opponi ei potest b). Hodie vel cras Chaerestratus ruri expectatur in villa filii, ad quam more solito venturus est novo mense ineunte c), ad debitas sibi mancipiorum pensiones colligendas d). In primo actu eum non adfuisse hinc colligitur, neque in proximis aptus ei locus fuit. Quinto demum actu eum in scena comparuisse aut certum est aut veri simile e).

206. κοιτίδα] *cistellam caudeam* f), μικροτέραν κίστην, ἐν ἧι ὁ γυναικεῖοσ κόσμοσ ἀπετίθετο g).

207. εἰσ τὸ προκόλπιον] alibi noster: θεὸσ οὐδεὶσ εἰσ τὸ προκόλπιον φέρει | ἀργύριον, ἀλλ' ἔδωκεν εὔνουσ γενόμενοσ | πόρον κτἑ., *non in sinum pecuniam nobis inicit numen, sed cum benevolum est, parandi praebet occasionem* h).

208. *Heri*, cum tamen idem coquus, tum quoque segnis i), Charisio ceterisque convivis prandium apparabat, *dudum hoc diei tempore compotatio fiebat, mensis ablatis.* Ut est apud Plautum: *iam bis bibisse oportuit* j). Minus etiam morae patiens aliquis tardioremve coquum nactus ὁ βοῦσ ὁ χαλκοῦσ ἦν ἂν ἑφθὸσ δεκάπαλαι exclamabat apud Heniochum k). — Dies iam vergit versus finem l).

209—229. Recensentur signa quae mater puerulo adiunxit cum in eo esset ut exponeretur. Sunt anulus signatorius, quem iuveni illa in tenebris se violanti detraxit, et τὰ χρυσία, quae ipsa gestaverat puella m). Cuiusmodi χρυσία multa Athenis in opisthodomo Minervae olim asservabantur inter virginum dona votiva Dianae Brauroniae oblata n), et conferri potest mundus muliebris, qui in antiquissimis sepulcris Mycenaeis repertus est. Divitem autem fuisse puellam, e monumentis his pretiosis — nam vilia quod modo dixit Davus o), mendacium id erat merum — efficitur p). Ut mox in nostra fabula, sic in Circumtonsa agnitio fit per signa q), et olim Creūsa Euripidea, cum infantem suum exposuit, collo ei circumdedit aureum monile duos serpentes, Erichthonii imaginem, referens, δέραια παιδὶ νεογόνωι φέρειν r). Praeterea cistella cum crepundiis est in Plauti sive Menandri Cistellaria, quae ab ea nomen habet, nec non in Terentii Eunucho fabula item e Menandro ducta habemus cistellam cum monumentis sive signis, denique in Plauti sive Diphili Rudente eiusmodi ornamenta ita, ut nostro loco, recensentur; erant enim Palaestrae

---

a) Etiam fr. in pag. 16 et vs. 292 Circ. 74, 102, 139 Sam. 301 Adul. 70 Phasm. 41 fr. 194, 530[8], 534[1], 600. Add. τρόφιμον <Μέν>ανδροσ Δακτυλίωι (Jernstedt, Nauck Mél. VI 109). Item Philippid. fr. 27[2]. — b) Plane sic nostra: *de oude heer* et: *de jonge heer.* — c) Plut. Alcib. 20 Andoc. I § 38. — d) Vs. 43. — e) Cf. tamen nota critica post vs. 434. — f) Plaut. Rud. 1109. Vox redit Circ. 333, 337. — g) Hesych.; similia Suid. et Et. M. — h) Fr. 201. — i) Supra fr. 2. — j) Plaut. sive Men. Bacch. 759. — k) Henioch. fr. 2. — l) Vs. 239. — m) Ar. Ach. 258 Av. 670 Hom. *B* 872. — n) CIG. 150 (Boeckh Staatsh.[3] II 213 sqq., Dittenb. Syll.[1] 366). — o) Vs. 102. — p) Vs. 309 sq. — q) Circ. 338 sqq. — r) Eur. Ion. 1427-1431.

puellae in cistella crepundia, quibus suos parentes agnoscere posset: *ensiculus aureus* patris Daemonis nomine insignitus, *securicula anceps aurea*, cui matris nomen Daedalis inscriptum fuit, *sicilicula argenteola*, *maniculae duae connexae*, *sucula*, *bulla aurea* a). Cuiusmodi torques asservatur Viennae b).

210. ἀλεκτρυών] *animae* ipsiusve *vitae* insigne c); quapropter Aesculapio gallum offerebant qui e morbo convaluerant d).

— στριφνόσ] id q. στιφρόσ e) sive στιβαρόσ, πυκνόσ. Cf. etiam στέριφοσ f). *Firmam* dicit icunculam auream, haud spernendi igitur pretii. Aliud adiectivum fuit στρυφνόσ sive *acerbus* g).

211. διάλιθόν τι] *aureum aliquod ornamentum gemmatum.* Inter ornamenta e Dianae Brauroniae templo in thesaurum Minervae olim delata commemorantur σύμμεικτα διάλιθα h), item in thesauro Apollinis Delii καθετὴρ sive *monile* χρυσοῦσ διάλιθοσ, ποτήριον λεῖον διάλιθον, ὅρμοσ διάλιθοσ i), et apud nostrum alibi sunt ἐπιχύσεισ sive *vascula* διάλιθοι j).

— πέλεκυσ] *securicula* (anceps), fulminis imago pervetusta, ut *malleus* in mythologia Germanica, non nihil autem immutata figura et nova significatione subiecta inde ducta est *crux*, quae e puellarum Christianarum monilibus hodie solet suspendi k). Hanc ἀποτρόπαιον gestaverat virgo, utpote Iovi et Dianae sacram. Aliud fulminis signum, *equus alatus*, simili loco commemoratur in Circumtonsa l).

212 sq. ὑπόχρυσοσ δακτύλιοσ . . . | αὐτὸσ σιδηροῦσ] in Apollinis Delii thesauro erant δακτύλιοι σιδηροῖ ὑποκεχρυσωμένοι ἕνδεκα et χονδύλιον ὑπόχρυσον m). Dicuntur anuli *aurei*, capitulo sive signaculo *ferreo* ornati n), pervetusti igitur aut ad imitationem prisci aevi facti, quo ferrum rarum et pretiosum erat o). Sic nuper in ruderibus aetatis illius antiquissimae, qua gens Helvetica in lacubus tuguria sublicia habitabat, inventum est monile aheneum emblematis ferreis variegatum p), similis igitur artis opus atque fuit anulus ille Trimalchionis, qui totus aureus sed plane ferreis veluti stellis ferruminatus erat q). Eiusmodi autem, qualem Syriscus nunc tenet, anuli *Samothracii* vocabantur postea r). Eadem igitur nostro loco in adiectivo ὑπόχρυσοσ est vis praepositionis ὑπο- quae in adiectivis ὑπόξυλοσ, ὑπόχαλκοσ, ὑπάργυροσ, sive *ligno*, *aere*, *argento adulteratus* s).

213 sq. γλύμμα ταῦροσ ἢ τράγοσ· | οὐκ ἂν διαγνοίην] item in Circumtonsa Pataecus: τράγοσ τισ ἢ βοῦσ ἢ τοιουτὶ θηρίον ait, anuli cuiusdam

---

a) Plaut. Rud. 389 sq., 1154-1171. — *b*) Saglio in Lex. Antiq. s. v. *crepundia* Blümner Röm. Privatalt. 305. — *c*) Cf. Roscheri Lex. Myth. s. v. *Psyche.* — *d*) Plato in Phaedone, Herod. Mim. IV. — *e*) *στιφρόν Ἀττικοί, στριφνόν Ἕλληνεσ* Moeris (Ruhnk. ad Tim. s. v. *στρυφνόν*). — *f*) Ar. Thesm. 641. — *g*) Antiphan. fr. 188 al. — *h*) CIG. 150[63]. — *i*) Dittenb. Syll.[1] 367[4, 184, 198]. — *j*) Fr. 503. — *k*) Roscher Lex. Myth. s. v. *Ramman* 49 sq. — *l*) Circ. 342. — *m*) *Imprimebatur sculptura materiae anuli, seu ex ferro seu ex auro foret*, Ateius Capito apud Macrob. VII 13 § 12. — *n*) Dittenb. Syll.[1] 367[15, 61]. — *o*) Plin. XXXIII 4; cf. Hom. Ψ 826-835. — *p*) Turici, mense Februario 1916. — *q*) Petron. 32 § 3. — *r*) Isidorus, Plin. XXXIII 6. — *s*) Perinth. fr. 7 Dittenb. Syll. 366[77], 367[15].

signaculum aliudve ornamentum describens *a*).

216. ἤν] id q. ἰδού, *en* (*accipe*) *b*).

217. ὁ ποῖοσ;] *quemnam dicis anulum?* Sic apud Aristophanem sunt: ὁ ποῖοσ οὗτοσ Λάμαχοσ; τοὺσ ποίουσ θεούσ; similia *c*).

218. χολᾶισ] id q. μελαγχολαῖσ *d*).

220. τὸν ἡμέτερον] vere δουλικῶσ „nostrum" dicit id quod heri est, ut „generum nostrum" alius servus apud Plautum sive Philemonem *e*); et fortasse haud abs re fuerit recordari accensi illius academici, qui studioso cuidam vultu vepallido examen subituro „noli metuere", ait: „admittere te nobis in animo est."

— σοὶ] *te iubente*, dativi qui commodi dicitur exemplum aptissimum *f*). Item apud Aristophanem: ἐγὼ σιωπῶ τῷδε; *g*) et: σοί γε . . . σιωπῶ ἐγώ; *h*) apud Sophoclem: μὴ . . . θεῖέν μ᾽ ἄφωνον σοί γε! *i*).

221. δεινοῦ κακοῦ] genitivi usus is qui supra *j*).

223. ἁρπάζειν βλέπει] apud Aristophanem sic dicitur βλέπειν δακεῖν *k*), τιμᾶν *l*), apud Alexidem βλέπειν ὀρχεῖσθαι *m*), et saepius verbo βλέπειν additur accusativus: δριμύ, σίναπι, similia *n*).

227. καθυφείμην] cf. triginta virorum apud Xenophontem verba: οὐ χρὴ καθυφίεσθαι τοῖσ ἐν Πειραιεῖ *o*).

— ἄραρε] *stat sententia p*).

228. ἐμά] non ἐμόσ dicit, quia cuncta simul crepundia cogitat, ad defendenda ea paratissimus.

229. στρεπτόν τι] *monile aliquod.* In thesauro Minervae Atheniensis olim fuit στρεπτὸν περίχρυσον ὑπάργυρον sive *monile argenteum auratum q*), in Apollinis Delii στέφανοσ χρυσοῦσ καὶ στρεπτόν *r*).

— πορφυρᾶ πτέρυξ] *vestis pannus purpureus.* Involvit puella cuncta signa — ipsumve puerum — panno vestis lacerae, quam tum cum vis ei illata est gerebat; ταραντῖνον id fuisse mox apparebit *s*). Cuiusmodi vestes purpureae esse solebant, *e lana Tarentina violas imitata veneno* textae *t*). Ex Euripidis Alopa hoc quoque habet Menander, ut ceteraquae ad puerulum expositum pertinent; in qua fabula tragica rex Cercyon nepotem ex veste scissa filiae suae agnovit *u*). Etiam in comoediae anonymae fragmento, quod his annis repertum est, per πτέρυγα χιτωνίσκου γυναικείου fit agnitio, et Creüsa agnito filio Ioni ostendit ὕφασμα ὃ παῖσ ποτ᾽ οὖσ᾽ ὕφηνεν *v*). Nec non Orestes Aeschyleus a sorore per vestem agnitus hic est commemorandus *w*). Inter dona Dianae Brauroniae a mulieribus consecrata fuerunt tres ὄχθοιβοι sive *vestium limbi*, χρυσία ἔχοντεσ δώδεκα, δώδεκα, ἑπτά *x*).

230. σὺ δὲ τί μοι λέγεισ;] *tu autem*

---

a) Circ. 339. — *b*) Sam. 90, 208, 210 fr. 148, 377 Ar. Eq. 26 Pac. 327 al.; aliter Sam. 98. — *c*) Ar. Ach. 963 Nub. 1233 Ran. 529. — *d*) Vs. 494 sq. Sam. 201 Ar. Nub. 833. — *e*) Plaut. Trin. 622. — *f*) Item nostri pueri et plebecula in rixis: *voor jou?!* — *g*) Ar. Ran. 1134. — *h*) Lys. 530. — *i*) Soph. O. R. 865. — *j*) Vs. 196. — *k*) Ar. Ach. 376. — *l*) Vesp. 847. — *m*) Alex. fr. 97. — *n*) Ar. Ran. 562. — *o*) Xen. Hell. II 4 § 23. — *p*) Ter. Eun. 224. — *q*) Dittenb. Syll.[1] 366^{28}. — *r*) Ibid. 367^{34}. — *s*) Vs. 313 sq., 354. — *t*) Hor. Epist. II 1, 207, Phot. et Suid. s. v., Hom. *δ* 135 *ι* 426. — *u*) Pag. 13*c*. — *v*) Eur. Ion. 1417-1424. — *w*) Aesch. Choëph. 231 sq. (Eur. El. 538-544). — *x*) Ditt. Syll.[1] $366^{33, 34}$.

quidnam tibi vis? — Re peracta ad Onesimum iam se convertit Syriscus.

235. οὐδὲ ἕν] ut supra a).

236. Servus hic *Chaerestrati* b) noctem igitur in eadem cum Onesimo villa sive in villa Charisii transiget. Hinc liquet Chaerestrati villam in vicinia nullam fuisse, nedum in scena ea adspecta fuerit. Verba ὡσ ἐμοὶ δοκεῖ vert. *si satis intellego.* Habitare Onesimum in Charisii villa nondum certo scit Syriscus.

237. συνάγουσι] *convivas cogunt* sive *convocant* c). Instat prandium, μέλλουσιν ἀριστήσειν.

239. αὐτῶι] *hero* d).

— καταμενῶ] in silvas suas Syriscus non prius est rediturus quam constet quid rei sit.

240. βούλεσθ'(ε)] tu et herus tuus.

— ἐπιτρέπειν] verbum supra lectum e).

242 sq. δίκασ | μελετᾶν] servulus hic a carbonibus suis et fuligine recens et oratoriae tamen artis curiosus risum movet, ut Philocleon Aristophaneus domi suae canibus ius dicens. Agnoscimus prisca Atheniensium studia a comicis toties derisa.

243. Charisii sodales chorum effecisse infra collegitur e verbis poëtae f).

244. Inter hunc actum et primum intercessit nox g); qua denuo a Charisio spretam se sensit Abrotonon. Iamque tempus est pomeridianum h). Sic et inter Nubium fabulae partem priorem et posteriorem temporis aliquid intercessit, neque aliter Aristophanes rem gessit in fabulis compluribus.

246. ἐγγὺσ et αὐτῶι] mente add. τοῦ πράγματοσ et τῶι πράγματι.

248. ἐπιεικῶσ πυκνά] *vel sic satis frequenter*, item mox κακὸν ἐπιεικῶσ μέγα i) *malum satis magnum.* Quod cum risu amaro Onesimus dicit de *ingenti* nunc malo loquens.

249. ὡσ . . . !] *quam vellem . . . !* — Ad herum ab itinere nuper reversum Onesimus turpe quod putabat herae flagitium fideliter detulit j).

253. κυκᾶν] *turbare*, item infra k).

254. Puellam, quae nunc proruit, esse psaltriam illam, quam a Charisio nuper in villam introductam esse iam sciverunt spectatores, eos docuit opinor cithara, quam ei tribui. Nam nunc primum eam in scenam prodire manifestum.

257 sq. Sic meretricula Lucianea μὰ τὴν Ἀφροδίτην, exclamat, οὐκ ἂν ἧκον, εἴ μοι προεῖπέ τισ ὡσ ἐπὶ τούτοισ προσλαμβανοίμην, λυπῆσαι ἄλλην l).

259. *Ne accumbere quidem iuxta se me sinit.*

— τάλαν] *pro pudor!* Interiectionis loco est vox m).

262. τοσοῦτον ἀργύριον] quo Charisius eam a domino (lenone) conduxit; est enim serva n). Quod pretium quantum esset, spectatores iam audivisse ex his verbis collegitur. Erant autem drachmae duodenae in singulos dies o).

— ἀπολλύει] tantum non con-

---

a) Vs. 111. — b) Vs. 232. — c) Circ. 55 fr. 158 sq. Ephipp. 4 Diph. 43₂ Athen. 365 c, 420 e Poll. VI 8. — d) Vs. 29 Ar. Nub. 219. — e) Vs. 44. — f) Vs. 417 sq. — g) Vs. 238-240, 267, 273. — h) Vs. 259, 347. — i) Vs. 254. — j) Pag. 13. — k) Vs. 398. — l) Luc. LXVII 11 § 3. — m) Vs. 264, 291, 371 Circ. 305 Sam. 37 Ar. Lys. 56 Ran. 559. — n) Pag. 13 a. — o) Vs. 10-12.

stans [a]) apud nostrum est haec verborum in -νῦμι flexio [b]).

263. τό γ' ἐπὶ τούτωι] *quantum per istum stetit.* Recentioris hoc fuit dictionis [c]), vetustioris τὸ κατὰ τοῦτον [d]).

264. τάλαν] ut supra [e]).

265. Tertium nunc diem conductam, sed non tactam, secum habet Charisius. — Minervae aliisque numinibus ἐκανηφόρουν virgines [f]). Vox autem γάμοι e dictione sacrali repetita nunc detorquetur in notionem scurrilem, ut *nubere* a lena Plautina [g]).

267. Adest Syriscus ad reposcendum quem Onesimo heri credidit anulum [h]).

268. ἔνδον] *domi.* Sic nunc dicitur, licet non *intus* iam sit Onesimus, sed ante aedes — in vestibulo puta — versetur.

269. ποτε] *tandem aliquando* [i]).

275. μεθ' οὗ συνεξέκειτο] *quocum est expositus* [j]). Ad παιδίον pertinet relativum.

— ἀβέλτερε] *inepte* [k]).

276. Ταυροπολίοισ] haec mulierum ἑορτή, quam Dianae Ταυροπόλωι deae Brauroniae sacram fuisse docet nomen, commemoratur in lexico Hesychii s. v.; ceteroquin hactenus ignota erat, nunc compluribus nostrae fabulae locis eius fit mentio [l]). Etiam a virginibus celebratam esse mox apparebit [m]). Tempora autem, quibus res in hac fabula actae esse finguntur, si congruebant cum anni tempore quo ipsa fabula est acta, Tauropolia aestate celebrabantur. Sed incertissimum hoc.

277. παννυχίδοσ οὔσησ καὶ γυναικῶν] *cum pervigilium etiam mulierum esset.* Sic apud Aristotelem est: δεῖν εἶναι συσσίτια καὶ γυναικῶν [n]).

279. δηλαδή] particula et infra saepius usurpata [o]).

281. τοῦτον] *anulum.* Qui si post pueri matrem repertam Charisio ostendatur, tota res palam erit; nunc vero, cum puellae nomen ignoretur, non nisi turbas movere potest anulus iuveni monstratus.

282. ἔχει] mente add. τὸ πρᾶγμα, id autem quod παρέχει (παρέχοι ἄν) nunc valet verbum [p]).

283 sq. *Si eam ob causam me* ἀνασείεισ [q]) sive ἀναπείθεισ, *quod speres me* cet. — Simplex σεῖσαι sermonis forensis verbum erat [r]). Verba ἀπολαβεῖν δοῦναί τε per parataxin iuncta significant: *anulo recepto dare.*

285 sq. οὐκ ἔνεστιν . . . παρ' ἐμοί] *nihil eiusmodi admitto equidem* [s]).

285. οὐδὲ εἶσ] ut supra [t]).

287 sq. Hodie igitur anulum Charisio prius ostendi oportet quam Syriscus receptum secum

---

a) Circ. 230. — *b*) Vs. 281 al. Ar. Plut. 719 et Proleg. XX, Enchirid. dict. ep.[2] 279. — *c*) Item Xen. An. VI 6 § 23 Isocr. IV § 142 al. — *d*) Herodot. I 124 V 109 al. — *e*) Vs. 259. — *f*) Thuc. VI 56 § 1 Ar. Ach. 253 Lys. 646. — *g*) Plaut. Cist. 45-47. — *h*) Vs. 239. — *i*) Item vs. 506 Circ. 46, 364, (416) Sam. 122. — *j*) Ut vs. 178. — *k*) Sam. 308 Ar. Nub. 1201 Ran. 989 al. — *l*) Vs. 297, 302, 342, 477, 653. — *m*) Vs. 302-304. Cf. Herodot. VI 138 Ar. Lys. 645 Pac. 874. — *n*) Aristot. Polit. II 6 (Sudhaus). — *o*) Vs. 298, 365 Circ. 121, 179, 388 Sam. 124 Epicl. 16, item Ar. [Vesp. 442] Eccl. 1157 et apud Herodotum, Sophoclem, Euripidem. Sensim in dictionem quotidianam receptum apparet. — *p*) Item Thuc. II 41 § 3 III 44 § 2 al. — *q*) Phot. (ed. Reitz.) Hesych. Suid. Canthar. fr. 7 al., Demosth. XXV § 47. — *r*) Ar. Eq. 840. — *s*) Nos: *Daarvan komt bij mij niets in.* — *t*) Vs. 111.

auferat: moram res non fert. Ceterum ex his verbis videtur effici posse, Syriscum circa fabulae finem, in parte nunc deperdita, etiam in scenam prodiisse, a Charisio autem vel Chaerestrato non solum sumtus quos fecit ei esse restitutos, sed et humanitatis iustum praemium ipsi et mulieri esse persolutum, fortasse libertatem. Qua dignos utique se praestiterunt ambo.

287. εἰσ πόλιν] *Athenas*, non: *in arcem*, ut olim [a]).

289. ἡ γυνή] *mulier illa*, Syrisci uxor.

291. ὡσ κομψόν] *quam lepidus est puerulus!* Unum iam fere mensem natus est.

— τάλαν] ut supra [b]).

293 sq. τρόφιμοσ Charisius supra est dictus; [c]) *huiusne filium tu mancipium fieri sines?* Vox μέροσ *sortem* nunc significat [d]).

297. Ταυροπολίοισ] ut supra [e]).

— παροινῶν] cum multo vino instinctus debaccharetur. Verbum apud comicos haud rarum [f]), item adiectivum πάροινοσ [g]).

298. ἀκόλουθοσ] servus puer, qui illa nocte Charisio pedissequus ivit, ut solebat.

— δηλαδή] ut supra [h]).

303. τότε] aposiopesis haec est. Virgo etiam erat tunc Abrotonon, itaque quominus puris puellis se immisceret nihil obstabat. Qua propter ἡμᾶσ dicet mox, de se illisque puellis loquens [i]).

304 sq. Voculis καὶ μάλα sive *admodum* [j]), *ita sane* Onesimus Abrotono ita assentitur ut haudquaquam se ei credere ostendat [k]). Quapropter illa id quod dixit denuo affirmat, addito iuramento. — Feliciter poëta his verbis cavit ne nimio contemtu digna aut aliis videri posset Abrotonon aut ei quocum in fabulae fine matrimonium est initura.

306. οἶσθασ] ut supra ᾔσθασ [l]).

307. πατρὸσ τίνοσ | ἤκουσασ;] *audivistine quis eius esset pater?*

308. πλὴν . . . γε] *quamquam . . . sane.* Apud Aristophanem subridentis esse solent hae particulae [m]).

310. αὕτη ἐστὶν τυχόν] *ea quam dicis puella fortasse* [n]) *peperit infantem nuper inventum.*

315. Sic in idyllio puella ad amatorem non minus quam Charisius fuit audacem et pervicacem τάμπέχονον ait ποίησασ ἐμὸν ῥάκοσ [o]). Ubi item ὅλον legendum esse e nostro loco et magis etiam ex articulo alioquin molesto efficitur. De puellae veste supra dictum [p]).

316. τοῦτον] *anulum* [q]).

320 sq. εἰ γάρ — λανθάνειν;] *nam si e puella libera natus est infans, cur Charisium res celetur?*

323. ἐπὶ τούτωι] *ad hunc finem assequendum.*

324. οὐκ ἂν δυναίμην] mente suppl. *matrem illius pueruli indagare.*

325 et 333. πρίν cum inf. post negationem raro iungebatur [r]).

---

a) Ar. Nub. 69. — *b*) Vs. 259. — *c*) Vs. 202. — *d*) Vs. 59. — *e*) Vs. 276. — *f*) Circ. 410 Epicl. 41 fr. 627 Ar. Eccl. 143 Antiph. fr. 40[2] Aristophont. 4[4] Alex. 156[6] Henioch. 5[18]. — *g*) Circ. 444 (Sam. 267) Ar. Ach. 981 Epicharm. (?) *Γνωμῶν* praef. (Hibeh papyri 1906, 1). — *h*) Vs. 279. — *i*) Vs. 311. — *j*) Plaut. Rud. 143, 269 al. — *k*) Item. Circ. 159. — *l*) Vs. 198. — *m*) Ar. Eq. 27. — *n*) Her. 31. — *o*) Theocr. XXVII 59. — *p*) Vs. 229. — *q*) Ar. Ach. 331. — *r*) Alia exempla sunt Thuc. I 68 § 2 Lys. XIX § 55.

327. τίσ οἶδεν εἰ καὶ . . .] *quis scit an fortasse* . . . a). Particula καί cum verbis ἕτεροσ ἀπέβαλεν iungatur.

329. τυχὸν ἴσωσ] *forte fortuna* b).

— εἰσ συμβολὰσ] cf. Antiphon Terentianus sive Menandreus: *heri aliquot adulescentuli coiimus in Piraeo, | in hunc diem ut de symbolis essemus. Chaeream ei rei | praefecimus: dati anuli: locus, tempus constitutumst* c). — Hoc igitur est quod Abrotonon dicit: fortasse Charisius alii iuveni illum anulum dederat pignoris loco, cum alea luderet, vel sumtu communi convivari iuberetur, vel de aliqua re pacisceretur, neque praesto esset pecunia.

331. περιείχετ'(ο)] id fere quod ἠπόρει ἀργύριον οὐκ ἔχων.

336. τί οὖν ποήσει τισ] *quid igitur faciendum est tandem?* Impatienter rogantis futurum, ut: τί χρήσομαι τούτωι d), τί ἔτ' ἐρεῖσ e), similia f) Alienum hinc est ποήσηι sive: *dubito quid sit faciendum.*

339 sq. εἴσω . . . | εἴσειμι πρὸσ ἐκεῖνον] „istius homuncionis, qui contumeliose me dimisit, ut triclinium etiam intrem a me impetrabo".

340. λέγ' ὃ λέγεισ] *dic quod dicere vis, dic id quod in mente habes.*

345. ἄριστά γ' ἀνθρώπων!] *optime rerum!* Frequens in dictione familiari est genitivi ἀνθρώπων hic usus, ut et dativi ἐν ἀνθρώποισ g).

346. εὐθὺσ μάλ'(α)] ut αὐτίκα μάλα et similia h).

— φερόμενοσ] etiam vividius hoc quam τρέχων sive *curriculo* i), habet enim notionem *volandi*, quod est avium et missilium, non hominis. Sic Lycurgus orator: ἥξει δ' ἴσωσ ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον φερόμενοσ κτέ. j); cf. et Aeschinis verba supra laudata k).

347. καὶ μεθύων γε] *atque ebrius adeo* l). Vino Charisius etiam nunc mergit dolorem m).

348. προπετῶσ] *temere, incautus.* Et adverbium et adiectivum infra redit n).

349 et 352. τοῦ] infinitivo iunctum *consilium* significat o), idem igitur quod ἕνεκα cum genitivo. Quae rarior est structura, sed etiam apud Thucydidem obvia; solet autem accedere negatio, ut nostris locis p). Ablativi vice hic genitivus fungitur, locum enim indicat unde mens eius qui consilium init proficisci sumitur q), ut locum unde comparatio instituitur in μείζων vel μέγιστοσ ἄλλων. Graecismo igitur ab indole linguae latinae alieno debentur illa: *ne assentandi facere existumes* r), *exercitum opprimendae libertatis habet* s), *Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis* t), et conferri potest *ansa* u) vel *mustelinus* v) a comicis parum feliciter usurpatum.

— μηδὲ ἕν] ut supra w).

350. νὴ τὸν Ἥλιον] sic etiam infra x).

---

a) Agric. 18 *Π* 860 sq. Soph. Ant. 521 Ar. Ran. 1477 al. — b) Her. 31. — c) Ter. Eun. 539 sqq.; cf. etiam Andr. 88 Lucian. LXVII 7 § 1. — d) Ar. Eq. 1183. — e) Ar. Plut. 1161. — f) Ar. Av. 369. — g) Ar. Nub. 841. — h) Ar. Eq. 746 al. — i) Ar. Ach. 828 al. — j) Lyc. Leocr. § 59. — k) Ad vs. 148. — l) Ar. Ran. 49. — m) Vs. 243. — n) Adv. vs. 598 fr. 574^2, adi. vs. 645 Circ. 439, 441 fr. 382. — o) Item Circ. 56. — p) Thuc. I 23 § 25 al. cum negatione, I 4 et VIII 39 § 4 sine negatione, ut Circ. 56. — q) Nos: *uit het oogpunt van* . . . — r) Ter. Ad. 270. — s) Sall. Iug. 51, al. — t) Tac. Annal. II 59 al. — u) Ar. Nub. 551. — v) Ter. Eun. 689. — w) Vs. 111. — x) Sam. 108; item fab. incert. 25 Adul. 45 Invis. 8; cf. et fr. 609.

351. τὰ κοινὰ ταυτὶ] item in Samia: ταῦτα δὴ τὰ κοινά *a*).

— ἀκκιοῦμαι] *ficta fallacique voce dicam.* Verbum *b*) a lexicographis redditur: θρύπτεσθαι, προσποιεῖσθαι *c*), et substantivum ἀκκισμόσ *d*) id quod προσποίησισ, ὑπόκρισισ valet *e*). Minus feliciter Timaeus Platonicum οἶσθα, ἀλλὰ ἀκκίζει *f*) interpretatus est ἀπαξιοῖσ, verbi vim minime exhauriens.

352. ἀναιδὴσ] non id quod ἀναίσχυντοσ sive *impudens* valet, sed eum indicat *qui cedere nescit,* cuius impetus nequit averti vel repelli, ut *saxum*, *mare*, *mors*, *leo*, alia in dictione poetarum *g*).

353. ἰταμόσ] *audax h*), etiam ἴτησ dictum *i*), cum adverbio ἰταμῶσ *j*).

357. τὴν ἔχουσαν] uxorem Syrisci, quae in Charisii aedibus iam degens curam habet infantis.

358. τὸ πέρασ δὲ] ut supra *k*).

360. κακοήθωσ] *versute, veteratorie*; verbum κακοηθεύεσθαι infra *l*). Apud Aristophanem κληιδίων κακοηθεστάτων fit mentio *m*).

363. ἐκεῖνο δ' οὐ λέγεισ] *quod vero maximi est momenti, id retices,* — sive *optimum*, ut h. l., sive *molestissimum n*).

364. γίγνει] res futurae tempore praesenti indicari solent, cum in fatis esse omnino constat loquenti. Alia exempla sunt: ἐνταῦθ' ἔνεστιν, αὐτὸσ ὡσ ἀπόλλυται *o*), vel: εἰ αὕτη ἡ πόλισ ληφθήσεται, ἔχεται καὶ ἡ πᾶσα Σικελία *p*).

365. λύσετ'(αι)] *redimet* a lenone *q*). Sic in Plauti Rudente manu mittitur Trachalio servus, postquam Daemonis filia Palaestra eius opera reperta est *r*), similemque ob causam Epidicus in fine fabulae cognominis, nec non Doridi promittitur libertas in fine Circumtonsae fabulae *s*).

— δηλαδή] ut supra *t*)

368. νὴ τὼ θεώ] frequens in mulierum ore ius iurandum *u*).

370. ἐξεπίτηδεσ] *consulto v*); olim ἐπίτηδεσ dicebatur *w*).

— ἐᾶισ] *rem praetermittas*, matrem videlicet pueri inventi haberi te sinens.

371. τάλαν] ut supra *x*).

372. παίδων] pluralis numerus saepe sic usurpatur in ore conviciantium et rem augentium, quasi solitum sit fieri id quod semel sit factum possitve fieri *y*).

375. οὐκοῦν συναρέσκει σοι;] *ergo et tibi placet?*

— διαφόρωσ] id q. διαφερόντωσ, *egregie z*).

376. κακοηθεύσηι] *improbe erga me egeris aa*).

---

a) Sam. 27. — *b*) Pind. fr. 203 (Zenob. V 59) Plat. Gorg. 497 *a* Philippid. fr. 5[2] com. adesp. 663 Alciphr. IV 14 § 5 al. — *c*) Phot. (Reitz.), Suid., schol. Plat. l.l. — *d*) Philem. fr. 4[14]. — *e*) Phot. (Reitz.), Moeris. — *f*) Plat. l.l. — *g*) Hom. Γ 56. — *h*) Ar. (Aesch.) Ran. 1291 Alex. fr. 234[5] Nicol. 1[28]. — *i*) Ar. Nub. 445. — *j*) Circ. 306 Alex. fr. 105 Euphron. 1[25]. — *k*) Vs. 112. — *l*) Vs. 376. — *m*) Ar. Thesm. 422. — *n*) Hoc Lucian. LXVII 14 § 4. — *o*) Ar. Eq. 127. — *p*) Thuc. VI 91 § 3, similia IV 95 § 2 VI 34 § 4 al., Hom. Θ 246. — *q*) Vs. 10 sq. — *r*) Plaut. Rudent. 1217 sqq. — *s*) Circ. 404 sq. — *t*) Vs. 279. — *u*) Ar. Ach. 905. — *v*) Item Circ. 59 Ar. Plut. 916 Xenarch. fr. 7[10] Plat. Gorg. 461 *c* al. — *w*) Ar. Vesp. 391. — *x*) Vs. 259. — *y*) Vs. 650 Circ. 53 Ar. Av. 484 Plaut. Curc. 546 Most. 22 Ter. Andr. 891 Hec. 211 Aesch. Eum. 724 Theocr. VII 152 Hom. Φ 499 σ 403 Long. de subl. 23. — *z*) Item Circ. 72. — *aa*) Vs. 360.

— μαχοῦμαί σοι] *repugnabo, adversabor tibi* [a]).

378. εἰ τοῦτ' ἔστιν] *itane ut tu arbitraris res se habeat.*

— οὐκοῦν συνδοκεῖ;] *ambobus igitur nobis stat consilium?*

379. ταχύ] festinato opus est, quoniam hodie, ante reditum Syrisci, anulum Charisio ostendi necesse est.

380 sq. Subtragicae haec sunt dictionis; et ipsa verba an ex Euripide aliove poëta Menander desumserit incertum est.

382. τοπαστικὸν] *ingeniosum*, εὑρετικόν. Adiectivum antehac non lectum; verbum unde ductum est usurpavit Aristophanes: ἐπεὶ τοπάζετε [b]).

383. κατὰ τὸν ἔρωτ'(α)] et supra sic usurpata est vox ἔρωσ [c]).

384. ἄλλωσ . . . ἀλύει] *multa agendo nihil agit* [d]).

386. λέμφοσ] proprie sic vocatur ἡ πεπηγυῖα μύξα [e]), hinc *is cui pituita molesta est* [f]), naris non emunctae puellus, hinc *stupidus*, quoniam infantium et imbecillorum sunt talia, non adultorum sanorumque. Apud comicos latinos sunt similia [g]).

391 sq. *Periculosa iam sunt quae ad heram* [h]) *attinent.*

393. ταχέωσ ἐὰν γὰρ] postpositum γάρ, ut saepe [i]).

— εὑρεθῆι] subiectum ἐκείνη — quod proximum sequitur — sive *puella illa ignota* mente facile suppletur e contextu.

397. ἐκνενευκέναι] *periculum effugisse ne . . .*, proprie: *capitis motu declinasse* [j]). Subst. verbale ἔκνευσισ legitur apud Platonem [k]).

398. ταυτὶ κυκᾶσθαι] *istas* quae iam instant *turbas moveri.* Item supra [l]).

— χαιρέτω | τὸ πολλὰ πράττειν!] *cavebo ne posthac intempestive curiosum me praestem* [m]).

399. ἔτι] ut tunc cum Charisio detulit uxoris partum.

400. περιεργασάμενον] ut supra περίεργοσ [n]). Aliter Onesimus iam sentit atque tum cum περίεργον libens se profitebatur, dulcissimum enim esse πάντ' εἰδέναι [o]).

401. Versus obscurus et metro teste vitiosus. In mentem revocat senis Plautini haec verba: *si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab radicibus, | impero auctorque sum ut me cuivis castrandum loces* [p]).

402-404. Denuo ex urbe reversus adest Smicrines, ταρακτικῶσ ἔχων sive *ad turbandum praeceps* [q]), ut ante. Iam adfuisse eum in scena ταρακτικῶσ ἔχοντα — initio igitur dramatis, ante servorum litem ab eo diremtam, — aperte hoc loco dicitur. Scire autem aut intellexisse Onesimum Smicrinem heri Athenas rediisse [r]), poëta sumit; unde efficitur eum Onesimum etiam initio dramatis cum Smicrine fecisse colloquentem.

404. τὰσ ἀληθείασ] plurali et alibi usus Menander dixit: εἰ τὰσ ἀλη-

---

a) Ar. Eq. 14. — *b*) Ar. Vesp. 73. — *c*) Vs. 7. — *d*) Pag. 16 *f*. — *e*) Moeris, Men. fr. 493 Plat. Rep. 343 *a*. — *f*) Similia multa habent linguae nostra et aliae. — *g*) Plaut. Bacch. 701, 1101 Epid. III 4, 58 Most. V 1, 59 sq. Ter. Phorm. 682. — *h*) Her. 37. — *i*) Vs. 469. — *j*) Xen. Eq. 5 § 4 al. — *k*) Plat. Leg. 815 *a*, ab ἐκνεύειν igitur (non ἐκνεῖν) ductum. — *l*) Vs. 253. — *m*) Ar. Ran. 228. — *n*) Vs. 87. — *o*) Fr. 4 infra. — *p*) Plaut. Aul. 252. — *q*) Circ. 175. — *r*) Vs. 195.

θείασ ἁπλῶσ τίσ σοι λέγει [a]) et: λέγειν ... ὀκνοῦντεσ τὰσ ἀληθείασ ἀεί [b]).

410. γὰρ] postpositum ut saepe [c]).

418—421. Ad Charisii sodales temulentos, qui chorum efficiunt, et haec dicuntur. Truculenta autem haec verba coqui, propter artem suam in his aedibus non eo quo digna honore habitam irati, a Smicrine audita efficiunt ut illud quod Abrotonon modo excogitavit commentum iam cognoscat. Quapropter haud mirum est eum genero tam dissoluto magis etiam quam antehac succensere.

421—423. Ex his verbis efficitur Smicrinem in prioribus, qui iam deperditi sunt, versibus enumerasse bona sua, quae ab heluone devorari nolit.

425. μαρτύρομαι] frequens in ore iniuriam sibi illatam conquerentium clamor [d]).

432 sqq. Hoc praesertim patris cum filia colloquium, cuius non nisi paucae eheu particulae aetatem tulerunt, dignum erat in quod omnem suam artem poëta conferret [e]), neque est dubium quin contulerit. — Pamphila in proscenium prodiit et verba ibi fecit ad patrem, postea ad Abrotonon [f]), tandem (id enim ipsa res clamat) ad maritum, veniam ab ipsa petentem. Multo enim maiores partes Menander tribuit Pamphilae quam solebant esse puellarum vitiatarum, post scenam latentium nec nisi clamores aliquos iactantium cum instaret partus. Cum Glycera potius illa, quae in Circumtonsa celebrata est, Pamphila est conferenda quam cum Plangone ea, cuius in Samia fit mentio.

432. *Odit ille vitam illam dissolutam quam tu dulcem vocas, pater.* Charisium non ex animi sententia neque ut genio indulgeat amatorem agere, compertum habet Pamphila, sive psaltriae indignatae audivit clamores, — nam nondum eam vidit [g]), — sive alia ratione. Novit autem, quam pater ignorat, causam coniugis ita efferati.

435—438. Maritum a patris criminibus etiam defendens mulier amantissima *celsae* ait *ille est indolis!* At Smicrines *plorare et in malam rem abire* [h]) iubet generum istum prodigum. *In lupanari aliquo* clamat *ceteram aetatem cum fidicina sua transigat per me licet, modo hinc facessat neque de nostro* — filiae dotem cogitat — *sit liberalis!* — Vox ματρυλεῖον [i]) sive *lupanar* videtur esse barbara, cohaerere autem cum voce μαστροπόσ. Redit in comicorum fragmentis adespotis [j]). Et lupanaris quoniam in hoc versu, quem Disceptantium esse constat, fit mentio, nomen *lenonis* in fragmento Petropolitano memoratum [k]) non potest obstare quominus id quoque ad Disceptantes referatur. In lupanari Charisium iam degere non dicit senex, sed illuc potius amores suos transferre eum iubet. — Uxoris verba ὑψηλὸσ ὢν τισ Charisius, qui cum ceteris huius colloquii verbis cun-

---

a) Fr. 87. — *b*) Fr. 925. — *c*) Vs. 468. — *d*) Sam. 231 Ar. Vesp. 1436 Nub. 495 Pac. 1119 Ran. 528 al. — *e*) *La scène à faire.* — *f*) Evicit Jensen. — *g*) Vs. 475. — *h*) Ar. Nub. 789 Pac. 72. — *i*) Harpocr. Suid. Phot. s. v. — *j*) Adesp. fr. 220. — *k*) Vs. 10.

ctis nunc ea audit, post villae suae ianuam latitans, mox repetet secum expostulans [a]).

443 sq. *Thesmophoria* et *Scira* erant mulierum sollemnia, ad quae viri non admittebantur [b]). Sic igitur argumentari videtur senex: *bis tantum quantum tu in Thesmophoria et in Scira soles insumere, una nocte pessumdat iste maritus.*

448. περίμεν'(ε)] *mane.* Nondum dixi quae volui [c]).

450. πορεύσ'(ομαι)] (*ab*)*ibo, secedam.* Saepius sic apud nostrum [d]). Similis fuit vis *ambulandi* verbo (*in ius ambula, bene ambula,* al.).

457 sq βοᾷ | φωνὴν ἀφιέν] *clamat res,* nota metaphora [e]).

465. Sic in Philadelphis νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον, ἐκτυφήσομαι aliquis clamabat [f]).

467. κλαυμυρίζεται] id q. κλάει [g]). Postea κλαυθμυρίζεσθαι dicebatur [h]). Vocem τὸ παιδίον vel simile quid in exitu versus prioris lectam fuisse manifestum est.

468. γάρ] saepe apud nostrum invenitur γάρ ab enuntiati initio longius remotum [i]).

469. τίσ ἂν κτέ.] tragicum loquendi genus [j]).

470. Primo adspectu Abrotonon Pamphilam ante menses decem sibi visam agnoscit [k]), sed paullisper etiam dubitat, re inexpectata perculsa.

471. πορεύσομαι] (*ab*)*ibo* [l]).

477. τοῖσ Ταυροπολίοισ] ut supra [m]).

480. ὧν τοῦτ' ἔχει] crepundiis suis ornatum puerulum Charisio attulit Abrotonon, eius anulum gerens ipsa.

482 sq. οὐχ ἵν' ἀδικήσω ..., ἀλλ' ἵνα ... εὕροιμι] subiunctivo utitur propterea quod ἀδικεῖν matrem illam etiam potest [n]), optativo autem quod quaerendi finis est nunc: fecit id *ut eam inveniret,* iamque invenit.

484—491. Pamphila nunc primum in Abrotoni conspectum venit [o]), haec autem facile intellegit feminam illam decoram, quae capite aperto et lacrymis perfusa in publico versetur, ipsam Charisii uxorem esse, de qua tam multa iam audivit. Ostium autem „τῶν γειτόνων" quoniam dicit de *Charisii* villa loquens [p]), — nam Onesimum ex hac prodire, cum per se intellegitur, tum e primis eius verbis efficitur, — manifestum est verba „τὴν ἔνδον οὖσαν" significare: *quam in Smicrinis nunc villa degere comperi,* et „εἴσω ὡσ σεαυτὴν εἴσαγε" *in Smicrinis villam me abduc.* Confugit igitur Pamphila in patris domum vicinam, cum in Charisii villa Bacchus et Venus regnare coeperunt, a marito foras pulsa [q]). Sed ad Charisium redire cupit; dixit id Smicrini [r]), et redibit, ut primum Abrotonon coram specta-

---

a) Vs. 536 sq. — *b*) Ar. Thesm. pag. II—V vs. 834 Eccl. 18, 59. — *c*) Ter. Hec. 745. — *d*) Vs. 471 Circ. 61, 108, 412 fab. inc. 61 Cith. 64, 66 Diphil. fr. 437. — *e*) Ar. Vesp. 921. — *f*) Fr. 505. — *g*) Phot. s. v. — *h*) [Plat.] Axioch. 366 *d*, Plutarch. passim, al. — *i*) Item vs. 393, 410, 484, 568, 605 Circ. 118, 253, 373 Sam. 266 Perinth. 14 Agric. fr. 2, fr. 6, 11, 65[6], 94, 109, 162, 284, 462[2], 927 nov. fr. (Men.?) Oxyrh. 855 vs. 15, Ar. Av. 1545 Antiph. fr. 26[22], 164. — *j*) Ar. Eq. 16. — *k*) Vs. 308 sq. — *l*) Vs. 450. — *m*) Vs. 276. — *n*) *A* 158. — *o*) Vs. 470. — *p*) Vs. 489. — *q*) Vs. 26-28, 504 sq., 539. — *r*) Vs. 439, 502, 534 sq.

toribus ambos coniuges docuerit qui sint parentes pueruli illius expositi [a]). In exitu autem fabulae Smicrines in sedem matronalem restitutam eam inveniet [b]).

484. γὰρ] postpositum, ut passim [c]).

488. ὑμᾶσ] *te et Charisium. Di vos respiciunt* [d]).

— τὴν θύραν | . . . ἐψόφηκεν] *crepuit ianuam.* Sic de exeuntibus noster, transitivam verbo vim tribuens [e]), et intransitiva tamen usus [f]), quae olim regnabat sola [g]). Post aevum quod classicum solet vocari plerorumque verborum activo cum transitiva erat vis, tum intransitiva, et hodie ἀποθαίνειν ex. gr. cum id quod *mori* tum id quod *caedere* valet [h]), ψοφεῖν autem, ut gallicum *crever* (*crepare*), est moriendi verbum [i]). Similem libertatem habuit latinum *concrepare*, nunc habent verba gallica *tomber*, *rentrer*, *monter*, *rouler*, *sortir*, *descendre*, centum alia, in familiari praesertim sermone. Neque in aliis linguis talia desunt.

494 sq. Charisius μελαγχολᾶι sive brevius χολᾶι [j]).

497—500. Post villae suae ianuam semiapertam latitans Charisius audivit quae in actu III° Pamphila dixit cum patre altercans [k]). — Verbum λαλεῖν inde ab aevo Aristophanis id quod *confabulari* significare coepit [l]).

501. ἤλλαττε χρώματ'(α)] *colorem identidem mutabat* [m]), modo pudore rubicundus, modo dolore livens et culpa pallescens. Pluralis numeri etiam apud Lucianum hic est usus [n]).

— οὐδ' εἰπεῖν καλόν] *ne dicere quidem decet* [o]).

502. τῶν λόγων οἵουσ] sic apud Aristophanem sunt: ὅσασ τῶν ῥυτίδων [p]), πολλοὺσ τῶν λίθων [q]), al.

503. Sic in Heroë servus ad amicum: τί κόπτεισ τὴν κεφαλήν; [r]) — Ut nunc, sic apud Aristophanem saepius postponitur αὐτοῦ [s]).

504 sq. οἵαν λαβὼν γυναῖκα . . . ἠτύχηκα] *qualem mulierem in matrimonium acceptam amisi.* Amissam nimirum iam arbitratur Pamphilam, ut Glyceram Polemon in Circumtonsa, foras pulsam [t]) tantaque contumelia affectam. Similes in ignotorum dramatum fragmentis querelae: οἵαν ἀδικῶ γυναῖχ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ! [u]) et: οἷον παραλαβὼν ἀγαθὸν οὐκ ἐφείσατο! [v]). Ubi mente supplendum est αὐτοῦ, ut nostro loco αὐτῆσ.

505. τὸ δὲ πέρασ] ut supra [w]).

506. διακούσασ] id q. ἀκούσασ διὰ τῆσ θύρασ [x]).

— εἴσω et mox ἔνδον] *villae Charisii interiora* sic dicuntur.

— ποτέ] *tandem* [y]).

507. τιλμόσ] τῶν τριχῶν [z]).

— ἔκστασισ συχνή] id q. χρόνον

---

a) Vs. 544, 567-572. — *b*) Vs. 613. — *c*) Vs. 468. — *d*) Ter. Phorm. 816. — *e*) Item Circ. 126 Sam. 324 fr. 861. — *f*) Circ. 426 (?) Sam. 222. — *g*) Ex. gr. Ar. Ach. 933 Pac. 612. — *h*) Hatzidakis Einl. in die neugr. Grammatik 200 sqq. — *i*) (Hesseling). Item nostra plebs: *crepeeren.* — *j*) Vs. 218. — *k*) Vs. 432 sqq.; cf. Ter. Phorm. 865-869. — *l*) Ar. Nub. 1394 Ran. 954. Saepius sic apud nostrum. — *m*) Hor. Epist. I 16, 38. — *n*) Luc. XXXV § 11. — *o*) Nos: *niet om te zeggen.* — *p*) Ar. Plut. 1051. — *q*) Vesp. 199. — *r*) Her. 4. — *s*) Ar. Nub. 515. — *t*) Vs. 484-491. — *u*) Fr. com. adesp. 221. — *v*) Locum non iam invenio. — *w*) Vs. 70. — *x*) Vs. 432 sqq. — *y*) Vs. 269. — *z*) Her. 5.

τινὰ οὐκ ὀλίγον ἐξειστήκειν [a]), οὐκ ἐν ἑαυτοῦ ἦν [b]). Oppositum est συνεστάναι, quod legitur in Circumtonsa [c]).

508. Alibi noster comicus: οἷοσ δ' ἀλαζών ἐστιν ἀλιτήριοσ [d]). Utrobique autem probri loco usurpatur vox, quae proprie significat eum *qui piaculo se obstrinxit.* Quam vocem ἀλειτήριοσ scribi iussit non nemo [e]); sed rectius quis hanc proportionem proposuerit: ἀλείτησ [f]): ἀλῑτήριοσ = -βώτησ: βοτήρ. Etiam prisci adiectivi ἀλιτρόσ, quocum conferri possunt ἐχθρόσ et alia, vocalem ι brevem fuisse, ut adiectivi ἀλιτήμων, hinc efficitur, neque alia intercedebat ratio inter voces λυγ-ρόσ et λευγ-αλέοσ, ἐρυθρόσ et Ἐρευθ-αλίων.

511. μέροσ] ut supra [g]).

515. αὖόσ εἰμι τῶι δέει] item Davus in Circumtonsa [h]), et apud Aristophanem senex: ἀλλ' αὖόσ εἰμ' ἤδη τρέμων [i]). Apud Theocritum infans perterritus dicitur ξηρὸσ ὑπαὶ δείουσ [j]). Anxiis *aret lingua.*

517. τυχὸν] *fortasse* [k]).

519. καὶ] impatienter rogantis particula [l]).

520. πέπληχεν] perfectum apud nostrum saepius usurpatum [m]); etiamne διέφθαρκα et ἀπέκταγκα? [n]) Exeuntes dicebantur ianuam πλήττειν [o]) sive ψοφεῖν [p]), intrare cupientium erat κόπτειν sive παίειν [q]).

524. Versus tragicus; et omnino παρατραγωιδεῖ nunc Charisius. Noto quodam loco apud Euripidem pro bus agricola dicitur ἀκέραιοσ, ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼσ βίον [r]).

527. καὶ μέγα φυσᾶισ καὶ λαλεῖσ;] *etiamne magni quid spiras et loqueris?* Item alibi apud nostrum: οἷον λαλοῦμεν ὄντεσ οἱ τρισάθλιοι, | ἅπαντεσ οἱ φυσῶντεσ ἐφ' ἑαυτοῖσ μέγα [s]), leno apud Herodam: τῆι γενῆι φυσῶντεσ οὐκ ἴσον τούτωι [t]). Est autem μέγα φυσᾶν vehementius dictum quam μέγα φρονεῖν. Verba φυσᾶν καὶ λαλεῖν efficiunt ἓν διὰ δυοῖν [u]), id q. *tumide loqui* significans.

528 ἀτύχημ'(α)] quae *adversa* audiunt Terentio [v]). Nempe ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα διαφορὰν ἔχει· | τὸ μὲν διὰ τύχην γίγνεται, τὸ δ' αἱρέσει [w]).

530 sq. Quod apud Plautum sive Philemonem secum mussitat nutrix fida: *utinam lex esset eadem uxori quae est viro* [x]), id aequum iustumque esse persentit tandem Moschio, supra notiones vulgares et pristinam in se indulgentiam vero amore evectus.

536. τισ ὑψηλὸσ σφόδρα] *admodum scilicet generosae indolis homo!* Ipsa Pamphilae verba sibi audita Charisius repetit [y]).

540. μέτεισι] uxorem *ducet* [z]).

542. τί δέ μοι πατρόσ!] *quid mihi cum patre!* [aa]).

544. Claris igitur verbis Pamphila patri dixit se in mariti domo manere velle [bb]), mox — sed ea fabulae pars interiit — et ipsi coram dicet Charisio.

---

a) Her. 76 Sam. 64, 275 Epicl. 79 fr. 149 Philippid. 27. — *b*) Sam. 125. — *c*) Circ. 291. — *d*) Fr. 563[4]. — *e*) Blass Att. Bereds. III[2] 107, 3. — *f*) *Γ* 28 *π* 317. — *g*) Vs. 59. — *h*) Circ. 163. — *i*) Ar. Lys. 385. — *j*) Theocr. XXIV 61. — *k*) Her. 31. — *l*) Ar. Nub. 210. — *m*) Sam. 86, 152, 210. — *n*) Circ. 249. — *o*) Sam. 86, 152, 210. — *p*) Vs. 488. — *q*) Vs. 609, 612. — *r*) Eur. Or. 922. — *s*) Fr. 302; cf. etiam Eur. Iph. Aul. 125. — *t*) Herod. Mim. II 32. — *u*) Vs. 78-80. — *v*) Ter. Hec. 388. Item infra vs. 536 Sam. 136 Cithar. 47. — *w*) Fr. 426. — *x*) Plaut. Merc. IV in fine. — *y*) Vs. 435. — *z*) Sam. 265. — *aa*) Vs. 78-80. — *bb*) Vs. 432 sqq.

549 et 566. ἱερόσυλ'(ε)] conviciantium vox inanis [a]), ut *sacrilegus* [b]) et similia [c]).

550 sq. ἀντίον — πρᾶγμα] *exadversum te adstantem latere difficile erit.* Non tam vesanus sum, Onesimus ait, ut clam te in res tuas inquirere coner dum proximus mihi versaris in platea aperta.

568. Simillimus in fragmentis adespotis est versus: οὗτοσ πατὴρ τοῦ παιδόσ; — εἰ γὰρ ὤφελεν! [d]) Nostro loco postpositum est γάρ, ut saepe apud Menandrum [e]).

572. ἀναπτέρου] id q. ἔπαιρε, etiam apud Aristophanem et alios [f]). *Obsecro | ne me in laetitiam frustra conicias* [g]).

585. μαρτύρων] dicitur chorus.

586. Abrotonon Onesimo multo sagaciorem se praestitit; quapropter ei mandatur ut novi mariti in posterum curam habeat et Charisio non minus quam nuper fidum eum praestet.

587. Magnam gravitatem verbis Charisii addit nomen ab ipso pronuntiatum [h]).

591. *Libera est iam: sufficit hoc: pristina mala ex animo dimitte.* Verecunde sic indicatur novae nuptae vita quae fuit per menses proximos, postquam lenoni quamcunque ob causam est venumdata [i]). Vox πάξ etiam apud Diphilum interiecta legitur [j]), et compluribus locis apud comicos latinos [k]).

594 sq. „Quod Onesimus puellam illam uxorem duxit, multas ob causas laetor. Qui nisi duxisset, non tamen, si satis novi hominem, a se impetrare potuisset ut abstineret a muliercula tam venusta. Ego vero abstinebo!" — Est enim Pamphila Charisio longe omnium carissima, magis etiam nunc cara quam ante recentes has turbas; neque potest dubitari quin is, qui tum, cum Pamphilae stomachabatur, Abrotonon sit aspernatus, ne in posterum quidem eam sit sollicitaturus, postquam cum uxore in gratiam rediit.

596. Adest senex ad filiam e mariti villa abducendam et dotem reposcendam. Sophronen autem nutricem ex suis in urbe aedibus, ubi vivit illa et antehac vixit, festinanter adduxit et fere vi abripuit, quae Pamphilam ad melius — ut ipsi quidem videtur — permoveat consilium.

597. καὶ σύ] tu post filiam meam, muliercula ne libera quidem.

598. προπετῶσ ἀπάγω . . .;] *inconsulte* [l]) *abduco?* id q. *abducere velle me ais?* — Sophrone novit quo crimine Charisius Pamphilam obruere possit, et Smicrini id iamiam dictura est, si modo aurem praebeat senex truculentus.

— ἱερόσυλε] conviciantium vox [m]).

600. χρηστόν] irridentis nunc vox [n]), ut καλόσ, ἀγαθόσ, *bellissimus*, similia.

602. *Satiusne fuerit non properasse?* Hoc igitur et similia Smi-

---

a) Item vs. 598, 634, 656 Circ. 176 Sam. 333. — *b*) Plaut. Pseud. 363 Ter. Eun. 419 al. — *c*) Vs. 191. — *d*) Fr. 584. — *e*) Vs. 468. — *f*) Ar. Av. 433 et ad 1437-1439. — *g*) Ter. Heaut. 291 sq. — *h*) Similia ex. gr. Sam. 302 sq., 307 Hom. *H* 75. — *i*) Vs. 302 sq. — *j*) Diphil. fr. 96. — *k*) Plaut. Mil. 808 Trin. 889 al Ter. Heaut. 291, 717. — *l*) Vs. 348. — *m*) Vs. 549. — *n*) Item Sam. 193 Agric. 43 Ar. Nub. 8.

crini in via dixit anus cursu citato anhela. Verbum ὀξυλαβῆσαι in λέξεσι ῥητορικαῖσ recte redditur: τὸ ὀξέωσ λαβέσθαι πράγματοσ [a]). Etiam apud Xenophontem legitur [b]).

603. κρίνομαι] indicativus cum indignatione rogantis, ut supra [c]).

604. *Pamphila ut ad saniora consilia redeat da operam, nisi vis me pessima in te edere exempla.* — Pamphilam hactenus noluisse in Smicrinis aedes urbanas reverti, nisi abunde vel sic constaret [d]), e verbi μεταπεῖσαι praepositione efficeretur.

— οὕτω τί μοι | ἀγαθὸν γένοιτο, Σ., γάρ] obtestandi haec formula et supra est lecta [e]), item γάρ ab enuntiati initio longius remotum [f]).

606. τὸ τέλμ'(α)] *lacunam* [g]), quam Sophrone modo praeteriit cum sene huc properans.

607 sq. Insigne exemplum minarum tam atrocium ut absurdae fiant: *interficiam te, ut dicto mihi obsequentem reddam.* Sic Creon Sophocleus: οὐχ ὑμῖν ῞Αιδησ μοῦνοσ ἀρκέσει . . . . , | ἵν' εἰδότεσ τὸ κέρδοσ ἔνθεν οἰστέον | τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε [h]), vel Lycus Euripideus: *cremate istos*, ἵν' εἰδῶσ' οὕνεκ' οὐχ ὁ κατθανὼν | κρατεῖ χθονὸσ τῆσδ', ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε [i]). Qualia ea mente dicuntur qua: ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε et similia [j]).

611. τισ] *servorum aliquis*; nota iubendi formula [k]).

612 sq. Hinc Σμικρίνην τὸν δύστροπον καὶ δύσκολον καὶ φιλάργυρον πρεσβύτην duxerunt Iulianus, Alciphron, Choricius [l]). Non mancipium sed hominem libertinum iam sentiens se Onesimus senem truculentum impudenter ludificat [m]), *per fenestram* fortasse e superiore villae parte cum eo collocutus [n]). Quae si verum tangit suspicio, sequitur ut in versibus deperditis [o]) dixerit: *iamque descendam ut ianuam tibi aperiam.*

617. πρὸσ θεῶν καὶ δαιμόνων] morae impatiens clamat senex, ut Demea in Samia [p]).

618—633. Onesimum ἐπικουρίζοντα fecit Menander, qui Epicuro ab amicis erat [q]). Ceterum diu ante Epicurum Heraclitus dixerat ἦθοσ ἀνθρώπωι δαίμονα εἶναι [r]). Ignoratio vero in Circumtonsa fabula deos consilia hominum in melius convertere ait [s]). Nostro loco si verbo καλῶσ πράττειν substituitur notio *f·licitatis*, non iam Epicurum aut servulum philosophantem habemus, sed Socratem, praecipientem: ad virtutem requiri rerum scientiam, virtutem autem ad felicitatem obtinendam; cetera ad recte vivendum non attinere. Sed in comoedia nunc versamur, non apud Platonem.

621—623. Cum Atticae incolae his annis numerati sunt cura Demetrii Phalereï, reperta sunt civium milia XXI, inquilinorum X,

---

a) Anecd. Bekk. 236. — *b*) Xen. Hell. VII 4 § 27. — *c*) Vs. 599 sq. — *d*) Vs. 432 sqq., 544. — *e*) Vs. 89. — *f*) Vs. 468. — *g*) Ar. Av. 1593. — *h*) Soph. Ant. 310 sqq. — *i*) Eur. Herc. 245 sq.; similia Soph. Oed. C. 1377 Trach. 1110 Aesch. Prom. 10. — *j*) Φ 122 Aesch. Prom. 82 Ar. Nub. 1475 al. — *k*) Circ. 329, 431 Cith. 52 Epicl. 42 Ar. Ach. 805 Ran. 871. — *l*) Apud Kockium ad Menandri *Δύσκολον*. — *m*) Cf. vs. 385 sqq., 396, 519 sqq., 546 sqq. — *n*) Cf. Ar. Eccl. 877 sqq. — *o*) Post vs. 665. — *p*) Sam. 88. — *q*) Strab. 638. — *r*) Heracl. fr. 119 Diels. — *s*) Circ. 43-50.

mancipiorum CD [a]). Sed mancipia neglegere solebant philosophi de optima reip. instituendae ratione disputantes, et nunc neglexit Menander Onesimi ore locutus. Qui cum dicit mille urbes in terris tantas esse quanta fuit urbs Atheniensium, eodem utitur loquendi genere quo olim Bdelycleon Aristophaneus [b]). Ut ille, sic et Onesimus Graecas urbes nunc cogitare videtur solas, hae enim dis Graecis curae erant solae; sed talia non esse urgenda nemo non videt. — Locutio ὅμοιον εἰπεῖν, quae et alibi apud recentiores legitur [c]), valet id quod ὡσ (ἔποσ) εἰπεῖν vel: σχεδὸν εἰπεῖν [d]).

626. Simile quid et tamen dissimile est in fragmentis: οὐκ ἄρα φροντίζει τισ ἡμῶν ἢ μόνοσ | θεόσ [e])

627. τὸν τρόπον] *indolem* [f]); ὧν δὲ μὴ αἴτιοσ τρόποσ, | τά γ' ἀπὸ τῆσ τύχησ φέρειν δεῖ γνησίωσ τὸν εὐγενῆ [g]).

628—630. *Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos. Hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat* [h]). Adiectivum ἐνδελεχήσ id q. *perpetuus* valet; alibi apud nostrum sunt ἐνδελεχῶσ et ἐνδελέχεια [i]).

634. ἱερόσυλε] ut supra [j]).

642. ταὐτόματον] *casus fortuitus*. Nempe ταὐτόματον ἡμῖν ἀφανὲσ ὂν συλλαμβάνει [k]). Nunc autem αὐτόματα πάντ' ἀγαθὰ τῷδέ γε πορίζεται, ut cum Aristophane loquamur [l]), cuius aetate ex adiectivo αὐτόματοσ substantivum τὸ αὐτόματον nondum procreverat.

644 sq. Proterva haec sunt verba hominis nova libertate elati; in communi autem laetitia ne sibi aut Abrotono periculi quicquam etiam instet non veretur Onesimus. Quapropter *et in posterum cave ne iterum te deprehendam temere* [m]) *agentem!* impudenter ridens dicit seni moroso. — Locutio ὅπωσ (μή) ut supra [n]). Verbi λαμβάνειν idem in Samia est usus [o]).

646. ἀφεῖσο] *absolutus esto*, id q. *absolvo te*. Praesentis imperativus *absolvere*, quem praebet l. a., hinc alienus est. Vere perfrictae impudentiae hoc quoque est in ore homuncionis qui modo servus erat. — Tertia huius imperativi persona usurpata est in legati Atheniensis apud Thucydidem his verbis: περὶ μὲν τούτου ἡμῖν ἀφείσθω κινδυνεύεσθαι [p]). Secunda nondum fuerat lecta

647. πρόσειπε] *saluta* [q]).

— θυγατριδοῦν, μαστιγία] *puerum? quem puerum?* senex apud Terentium [r]).

648. παχύδερμοσ ἦσθα] imperfecti haec vis saepe augetur particula ἄρα addita: *elephanti igitur corio circumtentus eras* [s]), *ut nunc demum apparet* [t]). Adiectivi παχύδερ-

---

a) Ctesicl. apud Athen. 272 *b, c*. — *b*) Ar. Vesp. 707. — *c*) Apud Plut. Diog. Diodor. — *d*) Plat. Soph. 237 *c*. — *e*) Ipsa nostri versus verba (Leo)? Sed unde *ἢ μόνοσ*? — *f*) Vs. 634, 640 Circ. 430 Sam. 132, 205 fr. 575 al. — *g*) Fr. 205; cf. Eur. Herc. 1227 sq. — *h*) Sen. Ep. 41, 2 (Vollgraff). — *i*) Fr. 521, 744. — *j*) Vs. 549. — *k*) Fr. 275; cf. et Circ. 31 fr. 291, 486 Philem. 137. — *l*) Ar. Ach. 978. — *m*) Vs. 348. — *n*) Vs. 198. — *o*) Sam. 267. — *p*) Thuc. V 91 § 2. Similis imperativi perfecti usus est Sam. 135. — *q*) Ar. Ach. 266. — *r*) Ter. Hec. 639. — *s*) Plaut. Mil. 235. — *t*) Sam. 208 Ar. Vesp. 183.

μοσ sensum etiam Lucianus sic transtulit [a]).

649. Matrem Pamphilae non amplius inter vivos fuisse ex his verbis efficitur.

650. Ante quinque menses Charisio nupsit Pamphila, itaque portenti instar est infans natus nuper et tamen vitalis. At τοῖσ εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία [b]). Pluralis numeri idem usus supra [c]).

653. τοῖσ Ταυροπολίοισ] ut supra [d]).

654. αἰσθάνει γε; — ναί] nunc demum Smicrines audit quid Pamphilae tunc acciderit. Non enim dixit ei Charisius, — qui omnino cum socero in hac fabula collocutus esse non videtur, — nedum Pamphila id, quod omnes mortales latere quam maxime sua intererat, patri narraverit ante matrimonium initum. Interiectum αἰσθάνει γε est verecunde verbum nimis apertum retinentis. Item μανθάνεισ in Circumtonsa [e]).

655 sq. γέγονε . . . ἅπαντ' ἀγαθά] *optima quaevis evaserunt*. Sic apud Aristophanem Xanthias servus: πάντ' ἀγαθὰ πεπράγαμεν [f]), et ridicule Carion: ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρω [g]). In cuiusmodi dictis (ἅ)παντα significat *quaelibet*.

656. ἱερόσυλε] ut supra [h])

658. Si suis verbis, non poëtae tragici, Sophrone uteretur, diceret: γυνὴ δ' ἐπ' αὐτῶι τούτωι [i]) vel potius ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πέφυκε, quemadmodum Menander accusativo etiam in hoc versu est usus: ἐπὶ τοῦτ' ἐγένοντο πάντεσ· ἐνθάδ' ἥξομεν [j]). Similis est Euripidis hic versus: γυνὴ δὲ θῆλυ καὶ ἐπὶ δακρύοισ ἔφυ [k]).

659. Nutrix haec fabularum tragicarum nihilo minus perita fuit quam Syriscus carbonarius [l]). Cum Tegeae in Arcadia festum Minervae Aleae [m]) celebraretur, Hercules vim intulit virgini, alter Charisius. Erat ea virgo *Auge*, Alei regis filia, Minervae sacerdos, quae choreas in feminarum sacris nocturnis ducebat; furti autem testem Hercules puellae reliquit anulum. Quae cum gravida esset facta, clam peperit, ut Pamphila nostra. Hercules autem in Arcadiam postea denuo delatus cum de ea re ex anulo admonitus esset, patrem infantis se professus eum quem Sophrone nunc profert dixit versum [n]), quocum aptissime conferri potest comicus hic trimeter: τὸ καλῶσ ἔχον που κρεῖττόν ἐστι καὶ νόμου [o]). Euripidis trimeter et antehac cognitus fuit dudum [p]), nunc ad Augen drama potest referri. Causabatur igitur Hercules Euripideus τὰσ τῆσ φύσεωσ ἀνάγκασ, ut Iniustus ille orator apud Aristophanem [q]), et addebat τὸν οἶνόν ἐ ἐκστῆσαι [r]).

661. παθαινομένη] *tragicis verbulis abusa, voce commota locuta*, id fere q. δεινοπαθοῦσα [s]).

— σφόδρ'(α)] id q. καλῶσ *certo, probe*.

663. *Prius quam tu anus intellexit*

a) Lucian. V § 23. — b) Com. adesp. fr. 213. — c) Vs. 372. — d) Vs. 276. — e) Circ. 148. — f) Ar. Ran. 302. — g) Plut. 646. — h) Vs. 549. — i) Dativus ut in locutionibus: *ἐπὶ καταδουλώσει, ἐπὶ γάμωι*, al. — j) Men. fr. 815. — k) Eur. Med. 928. — l) Vs. 150-162. — m) Pag. 2 *l.* — n) De Augae Euripideae argumento cf. vWilamowitz Anal. Eur. 189. — o) Men. fr. 265. — p) Eur. fr. 912, ad quod afferuntur Anaxandridas (fr. 67), Aristoteles, Aristaenetus, Aelianus, Sextus Empiricus, Cyrillus versum respicientes. — q) Ar. Nub. 1075 sqq. — r) Eur. fr. 267. — s) Phot. s. v.

quid dicerem. Nempe Sophrone dudum scivit quae Smicrinem usque ad hunc temporis articulum latuerunt, Pamphilam ab ignoto olim homine violatam esse et clam peperisse.

AD CIRCUMTONSAM.

4. τινων] duodeviginti fere.

5. Menandro vivente Corinthiis per haud exiguum temporis spatium male fuit. Nam cum per annos complures eorum urbs fuisset in Polysperchontis manu inclementi[a]), anno 308/7 a Ptolemaeo „liberata" est[b]), et quinque annis post — sed his rebus fabula nostra videtur anterior — denuo est „liberata" a Demetrio Poliorceta Ptolemaei Cassandrique adversario[c]).

6. ἀπορουμένη] medium hac aetate usurpari coepit[d]).

11. ἀπειρηκυῖα] annis, — fortasse et paupertate, ut Tibeüs pastor in Heroë[e]) *confecta.*

— καὶ] cum proximo confluit versus[f]).

15. Constr.: καὶ ἅμα δίδωσιν αὐτῆι τὰ σπάργανα ἐν οἷσ ἀνείλετο.

17. ἀνθρωπίνων] *res humanas* hoc adi. significat, ἀνθρωπικόσ vero id *quod homines spectat vel decet*[g]).

19. ἀναγκαῖον] *vinculis naturalibus iunctum*[h]), *proprium,* ut latinum *necessarius.* Homero id dicebatur γενναῖοσ[i]).

22. ἀκούσιον] saepe διὰ γνωρισμάτων cautum esse ne in ignotae sibi sororis amorem incideret quis, Syriscus ait in Disceptantibus[j]).

— μεθύοντ' ἀεὶ] *quavis occasione genio largius indulgentem.* Cum grano salis participium accipiendum.

24. *Eum cui puella relinquebatur* (Polemonem) οὐθὲν βέβαιον *esse,* non eum esse quo quis niti posset. Saepius absentem militem Glycerae curam parum sedulo habiturum anus sentiebat.

26. Casune an Glycerae precibus — in fratris vicinia habitare cupientis — effectum sit ut has aedes emeret Polemo, non liquet. Non sic rem sibi informasse videtur poëta ut anus in ea domo habitaverit, Glycera autem usque ad eius mortem ibidem degerit, dein huic sibique illam domum emerit miles, sed anum in modesta casa ubicunque vixisse, Polemonem autem tunc cum Glyceram sibi iunxit emisse aedes in quibus cum ea viveret.

27. ἐν γειτόνων] omittitur articulus, ut in locutionibus ἐξ ἀγροῦ, ἀπ' ἀγορᾶσ, similibus[k]).

28—30. Pronomen ἐκεῖνον est verbi ἀγαγεῖν obiectum, dein verbi ὄνασθαι subiectum, structura verborum neglegentius mutata. Fratrem *dotibus Fortunae frui voluit* puella generosa, ne ei molesta fieret cavens.

31. ἀπὸ ταὐτομάτου] *casu*[l]).

---

a) Diodor. XIX 74 XX 20, 28. — *b*) Diodor. XX 37. — *c*) Diodor. XX 103 Plut. Dem. 23-25. — *d*) Item Agr. 86 CIA. II 115 6^{35} Dem. IL § 22 al. — *e*) Her. 30 sq. — *f*) Disc. 45. — *g*) Ar. Vesp. 1179. — *h*) Phot. (Reitz.) s. v. — *i*) Hom. E 253 Thuc. IV 92 § 7. — *j*) Disc. 166. — *k*) Item fr. 853. — *l*) Disc. 642

33. ἑσπέρασ] cum appotus esset iuvenis a cena recens. Raro autem in publicum prodibat Glycera, utpote mulier honesta et pudica, rarius etiam et fere nunquam sub vesperam et incomitata; πέρασ γὰρ αὔλειοσ θύρα | ἐλευθέραι γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίασ a), et γυναικί τοι | αἰσχρὸν μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν b).

34. θεράπαιναν] Doridem.

35. εὐθὺ] *recta*. Adiungi solebat genitivus c).

39. Iram militis raptim effugit Moschio iuvenis.

40. καὶ] hac particula trimeter iungitur proximo d).

41. Flebat puella propterea quod crimen diluere non posset nisi fratrem esse illum iuvenem profitendo; sed culpae signa lacrimas duxit amator iratus et specie deceptus.

43. ἕνεκα τοῦ μέλλοντοσ] *ut posthac in melius converterentur res.*

44 sq. ἐγὼ γὰρ ἦγον κτέ.] dixeris Minervae Sophocleae haec esse verba, Aiacem in miserum errorem a se pulsum gloriantis e).

46. τοὺσ.. αὐτῶν... εὕροιεν] quoniam mater dudum vita est functa, ut infra apparebit f), εὑρίσκειν id quod *cognoscere* nunc valet.

— ποτε] *tandem aliquando* g).

47. τοῦτ'(ο)] puellae venustae, quam modo adspexerunt et insontem esse nunc audiverunt, crines recisos.

48. μεταθέσθω] *sententiam mutato.* Proprie: *calculum* (τὸν πεττόν) *reducere* sive *aliter collocare* significat verbum, quod praesertim apud Platonem frequens est. Eadem imago subest verbis εὖ θέσθαι et ἀναθέσθαι h). Menandri fabula quaedam Ἀνατιθεμένη vocabatur. Etiam locutio τὸν ἀφ' ἱερᾶσ κινῆσαι i) sive *omnem lapidem movere* hinc ducta.

49 sq. De providentia divina haec verba j) ab Onesimi mancipii in Disceptantibus sententiolis Epicureis k) non nihil discrepant, propiora autem sunt iocis Aristophanis de dis in melius semper convertentibus res pravis Atheniensium consiliis in ultimum discrimen adductas l). Neque diversus est hic nostri versus: ταὐτόματον ἡμῖν ἀφανὲσ ὂν συλλαμβάνει m). Etiam sequentia huc faciunt verba: μηδεὶσ πρὸσ θεῶν | πράττων κακῶσ λίαν ἀθυμήσῃ ποτέ· | ἴσωσ γὰρ ἀγαθοῦ τοῦτο πρόφασισ γίγνεται n).

50. γιγνόμενον] *dum fit.*

— τε... καὶ] *et... etiam.* Est τε adiunctivum, ut passim.

52. Simillima in Perinthia sunt verba: ὁ μὲν πονηρόσ, ὁ θρασὺσ ἐνθάδ' ἀρτίωσ, | κατὰ τῶν σκελῶν... ! o).

53. τὰσ γυναῖκασ] pluralis numeri notus in conviciantium ore usus p).

54. κλάει κατακλινείσ] *flet proiectus in lecto*, — veluti aegrotus q). Similia sunt apud Philostratum: κλάει γοῦν καταπεσὼν καὶ μεταγιγνώσκει r).

— κατέλιπον κτέ.] ut αὐτόσ famulis est *herus* s), sic αὐτοί iis sunt *heri sodales* t). Nunc significantur Polemonis milites, eius λαοί (λεῴ), ut cum Homero loquamur. His ἀριστο-

---

a) Fr. 546. — b) Eur. El. 343 sq. — c) Ar. Nub. 162. — d) Disc. 45. — e) Disc. 51 sqq. — f) Vs. 373 sq. — g) Disc. 269. — h) Fr. 86. — i) Fr. 269. — j) Similia vs. 443 sq. — k) Disc. 618-633. — l) Ar. Nub. 587-589. — m) Men. fr. 275; simile est fr. 291. — n) Fr. 306. — o) Perinth. 17 sq. (cf. Ar. Pac. 240). — p) Disc. 372. — q) Ar. Vesp. 123 Plut. 411, 662. — r) Philostr. ep. 26. — s) Ar. Nub. 219. — t) *Les gens;* item vs. 295.

ποιούμενον sive ἀριστοποιεῖσθαι αὐτοὺσ κελεύοντα Polemonem Sosias reliquit ad percontandum in urbem missus. Heri cum Polemone Sosiam et milites illos Corinthum rediisse apparet.

55. συνηγμένοι ... εἰσίν] *convocati sunt pransum* [a]).

56. τοῦ φέρειν] *ut ferret* [b]).

58. τἀνταῦθ'(α)] *in suis aedibus*, ubi Glyceram reliquit.

59. *Pallium sibi afferre* Polemo famulum iussit *consulto* [c]), ut sic disceret quid iam ageret Glycera. Paludatus et cum ense — eo ense quo Glycerae crines recidit — foras ruit ad milites suos, nunc vestem civilem sibi petere iussit Sosiam, — „οἶσε [d]) vel ἔνεγκε [e]), παῖ, ἱμάτιον" ei dixit, — qua uteretur post officia militaria in urbem rediturus [f]); mox autem famulus reportabit paludamentum et ensem, non iam ei necessaria, ut novum simul ad Polemonem referre possit nuntium [g]).

— οὐδὲ ἕν] frequens apud nostrum forma [h]).

61. Postquam Polemo foras abiit, Glycera male mulcata, ira autem metuque perculsa [i]), aedes relinquere secum constituit, ad Myrrhinam autem matronam vicinam confugere, quae vero audito — gemellum videlicet Glycerae fratrem esse eum quem marito illa olim supposuit — ipsi opitularetur et a militis iracundia immeritissima se protegeret. Iamque ante aedes circumspectat Doris, an per plateam satis tranquilla sint omnia et Glycerae ad aedes vicinas tutus sit transitus, dein Glycerae nomine e Myrrhina flagitat hospitium.

— et 67. κεκτημένη] *hera* [j]). Glycera, puella libera [k]) et Polemonis concubina, Polemonis ancillae [l]) instar dominae fuit.

62. Doris ancilla vixdum adulta — ut Charisii in Disceptantibus pedissequus [m]) — Sosiae per temporis spatium satis longum non est adspecta, dum Polemo cum famulis et militibus peregre bellum gerebat [n]).

63. τρόπον τιν'(ά)] *quodam modo* [o]). Litotes iocosa; nam manifesto vivere et valere eas feminas dicere vult famulus, quarum alteram tam ἐρρωμένην sive *alacrem* videat: eum igitur esse rerum statum ut minime sit verendum ne mortem meditetur puella contumeliose a Polemone habita. Conferenda est locutio κατὰ τρόπον *ita ut mos est* sive *oportet* [p]).

64. πορεύσομαι] *(ab)ibo, proripiam me* [q]).

67. οὐδὲν πιστόν] idem neutri usus est in locutione οὐδὲν ὑγιέσ, ex. gr. in Andromachae apud Euripidem de Spartiatis verbis: ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν, | κτέ., μηχανορράφοι κακῶν, | ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιέσ [r]).

71. μεθύοντα μειράκια] chori adventus nuntiatur. *Iuvenes* autem *temulenti* quinam esse potuerunt nisi Moschionis sodales, qui ad convivium aliquod eum secum abducere vellent?

72—76. Glycerae et Myrrhinae

---

a) Disc. 237. — *b*) Disc. 349. — *c*) Disc. 370. — *d*) Ar. Vesp. 1251 Ran. 482. — *e*) Sam. 315. — *f*) Cf. Plaut. Merc. V 2. — *g*) Vs. 164 sq. — *h*) Disc. 111. — *i*) Vs. 130, 211. — *j*) Her. 37. — *k*) Vs. 185, 247. — *l*) Vs. 404 sq. — *m*) Disc. 298. — *n*) Vs. 170. — *o*) Item vs. 158 Her. 20. — *p*) Vs. 242 sq. — *q*) Disc. 450. — *r*) Eur. Andr. 445 sqq.; cf. Ar. Ach. 956 et supra vs. 24.

arcana ignorans Davus putat matronam tam lenem atque benevolam se praestare erga filium ut puellam ei dilectam ultro adducat, quam tutus a truculenti illius militis minis intus amet. Id quod iuveni mox haud difficulter persuadebit Davus, — credere enim solemus quae speramus, — sibi simul magnas in optatissima hac re partes tribuens mendacio impudenti [a]).

72. διαφόρωσ] *egregie* [b]).

73. πρὸσ ὑμᾶσ] extra aedes Davus nunc versatus neque eas intraturus *ad vos* dicit ceteros, Myrrhinae ministros allocutus.

— τὴν μείρακα] liberius designat puellam, quae vulgaris ei videtur meretricula.

74. τοῦτ' ἐστὶ μήτηρ] *haec demum vera mater vocanda* [c]). Item alibi apud nostrum: τοῦθ' ἑταῖρόσ ἐστιν ὄντωσ! [d]) et apud imitatorem latinum: *illuc est patrem esse ut aequomst filio* [e]).

— ὁ τρόφιμοσ] Moschio, *filius herilis* [f]), qui heri vesperi aufugit, iram Polemonis metuens. Quem nunc quamprimum arcessendum censet, nullum enim a milite ei instare periculum, domi autem paratos esse amores.

76. Simillimis verbis chorus introducitur in Disceptantibus [g]). Locutioni φαίνεθ' ὡσ ἐμοὶ δοκεῖ similia multa habet Aristophanes [h]).

77 sqq. Trochaeis tetrametris, metro concitatiore, conscriptum est quod sequitur colloquium, item in Samia fabula altercatio vehementissima Nicerati et Demeae senum [i]). Etiam inter aliarum fabularum Menandri fragmenta nonnulla his numeris sunt adstricta [j]). Quos severiores quadamtenus finxit quam Aristophanes; nusquam enim — quae apud Aristophanem frequentissima est sive libertas sive neglegentia — secundam dipodiam cum tertia ita coniunxit ut nulla intercederet pausa, ceterum in solvendis pedibus illo audacior.

77. Moschio πολλάκισ dicens non hasce cogitat turbas, sed ceteram vitam. Non enim multum temporis intercessit inter hunc actum et priorem, sed tantum quantum Davo satis fuit ad Moschionem quaerendum [k]), inveniendum, huc deducendum. Nunc Myrrhinae paratum adstat prandium [l]), in primo actu milites ἠριστοποιοῦντο [m]).

78. θεοῖσιν ἐχθρόσ] priscus dativi pluralis terminus -σι(ν), quo Menander non nisi rarissime est usus [n]), in hac vocum iunctura permansit [o]), quia unius nominis instar erat θεοῖσ(ιν) ἐχθρόσ, unde ductum est substantivum θεοισεχθρία [p]).

79. Sic apud Antiphanem ad servum dominus: ταχέωσ λέγειν χρὴ πρὶν κρέμασθαι et mox: ἔξω τισ δότω | ἱμάντα ταχέωσ [q]).

82—85. Impudentissime mentitur Davus. Nam qui modo mirabatur rem prorsus inexpectatam,

---

a) Vs. 77 sqq. — *b*) Item Disc. 375. — *c*) Nos: *dat is nog eens een moeder!* — *d*) Fr. 367. — *e*) Plaut. alicubi. — *f*) Disc. 202. — *g*) Disc. 36. — *h*) Ar. Plut. 48 sq.; item infra vs. 112 sq. et Men. fr. 439. — *i*) Sam. 202 sqq. — *j*) Cf. etiam Phasm. fr. 3. — *k*) Ubi? Vs. 129. — *l*) Vs. 117, 295. — *m*) Vs. 55. — *n*) Etiam *διαβολαῖσι* fr. 577. Apud Diphilum aliosque huius aevi poëtas haud insolitum est -*σι*(*ν*). — *o*) Item Anaxipp. fr. 6[4]. Sed brevior forma est infra vs. 104. — *p*) Ar. Vesp. 418. — *q*) Antiphan. fr. 74.

is iam perhibet ipsum se id effecisse ut Glyceram mater Moschionis reciperet. Et credit ei Moschio; φύσει videlicet εὐάγωγόν ἐστι πᾶσ ἀνὴρ ἐρῶν [a]).

89—93. Quaenam res hoc loco spectarentur sciverunt auditores, nos ignoramus. Id tamen liquet, nuper fraudulentum aliquem com meatuum procuratorem [b]) a militibus suis esse interfectum.

96. κατ' ἐμὲ ταῦτ'(α)] *vitae condicioni meae ista conveniunt* [c]).

98. γαστρίζεσθ'(αι)] *vapulare* [d]).

100. ἤσθασ] forma metaplasta et alibi nostro usurpata [e]).

102. τρόφιμε] *fili herilis* [f]).

104. *Dis invisus chiliarcha* est Polemo. Quod munus aevo Macedonico institutum est [g]). Adiectivum πτεροφόροσ in mentem nobis revocat Aristophanis iocos de Lamachi aliorumque taxiarchorum galeis [h]). Apud Lucianum autem e nostra fabula desumtus est Πολέμων ὁ ζηλότυποσ, χιλιαρχήσασ κτέ. [i]). Etsi multa illic scriptor mutavit.

106. τί ποιεῖ;] *quid facit Glycera?* [j]).

107. μέροσ] *rem* [k]).

108. πορεύσομαι] *ibo* [l]).

110 sq. Rem, quam Moschio spectat, narravit nobis Ignoratio: Glycera ἔτυχεν ἑσπέρασ | πέμπουσά ποι θεράπαιναν κτέ. [m]).

112 sq. ὡσ ἔοικεν . . . οἴομαι] similis supra est verborum abundantia [n]).

114. Sic alibi apud nostrum: Ἀδράστεια καὶ | θεὰ σκύθρωπε Νέμεσι, συγγίγνωσκε exclamabat quis [o]), chorus Aeschyleus: οἱ προσκυνοῦντεσ τὴν Ἀδράστειαν σοφοί [p]), Rhesus: σὺν δ' Ἀδραστείαι λέγω κτέ. [q]), Socrates: προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν [r]), orator: Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωποσ ὢν ἔγωγε προσκυνῶ κτέ. [s]), muliercula apud Herodam: λάθοιμι δ' Ἀδράστεια [t]), apud Lucianum: ἀλλ' οὐδέν, ὦ φίλη Ἀδράστεια, φημί [u]). Quae *invidiam deprecantium* sunt formulae, ut: ξὺν θεῶι δ' εἰρήσεται [v]) vel: μὴ ἐπέστω νέμεσισ τοῖσ ἐμοῖσ λόγοισ. Nam *Adrastia* eadem quae *Nemesis* fuit dea, licet pro duobus numinibus nomen duplex nonnunquam fuerit poëtis, ut Menandro loco laudato. Eodem igitur redeunt Philoctetae Sophoclei verba: τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον [w]) vel Herculis Euripidei: φθόνοσ δὲ μὴ γένοιτο τῶν θεῶν [x]).

115. λέλουται] mente addit id quod Trygaei apud Aristophanem minister [y]). Et recordamur Pamphilae illius Terentianae sive Menandreae, cui lotae et in lecto collocatae fictus eunuchus ventulum fecit flabello, dein . . . cetera quis nescit. Lavisse Glyceram Davus tuto affirmare potuit, vidit enim in triclinio accubantem.

---

a) Fr. 352. — *b*) Adul. 6. — *c*) Her. 19. — *d*) Ar. Eq. 273. — *e*) Disc. 198. — *f*) Disc. 202-205. — *g*) Diodor. XVIII 48. — *h*) Ar. Ach. 584, 965, 1109 Pac. 1172 sq. — *i*) Lucian. LXVII 9 § 4, 13 § 2. — *j*) Item vs. 165. — *k*) Disc. 59. — *l*) Disc. 450. — *m*) Vs. 33 sqq. — *n*) Vs. 76. — *o*) Fr. 321. — *p*) Aesch. Prom. 936. — *q*) Eur. Rhes. 468. — *r*) Plat. Rep. 451 *a*. — *s*) Dem. XXIII § 37. — *t*) Herod. Mim. VI 35. — *u*) Lucian. LXVII 6 § 3. — *v*) Ar. Plut. 114. — *w*) Soph. Phil. 776. — *x*) Eur. Alc. 1135; similia Aesch. Ag. 904, 946 sq. — *y*) Ar. Pac. 868; cf. Men. fr. 727.

117. εὐτρεπὲσ] *paratum* a), εὐτρεπίζειν *parare* b).

— τῶν ποουμένων] *rerum quae aguntur, parantur* c).

118. γάρ] ab enuntiati initio longius remotum d).

121. δηλαδή] *videlicet* e).

122. παρακαλύψεται] ut coram viro non cognato. Hinc Aristaenetus: σὺ δέ με θεωροῦντά σε ἰδοῦσα, τοῦτο δὴ τὸ σύνηθεσ ὑμῖν ταῖσ ἐλευθέραισ, ἠρέμα παρεκαλύψω f).

124. ζῆν τε πρὸσ ταύτην] *et ad eius arbitrium vivere.* Sic alibi apud nostrum servus de domino suo: πρὸσ τοῦτον ἕνα δεῖ ζῆν ἐμέ g).

125. *Nam quam benevole hanc rem tractavit!* — Alienae hinc sunt locutiones ὡσ ἀληθῶσ, ὡσ ἠπίωσ, ὡσ ἐτητύμωσ h).

126. τὴν θύραν ψοφεῖ] *ianuam crepat* i).

129. Mater filium reversum miratur et indignatur. Cur miretur in versibus fabulae superstitibus non apparet. Miseratne eum rus vel ad propinquos, ubi aliquantisper degeret militis iram vitans?

— τούτων] *rerum amatoriarum.*

130 sq. ἐνθάδε . . . πρὸσ ἡμᾶσ] *huc ad nos* j).

131. μὴ εἰσ ὥρασ σύ γε . . . ἵκοι(ο)] *brevi moriaris!* Imprecantium formula k).

132. βάδιζε] *i modo* l).

136 et 141. ἕνεκ' ἐμοῦ et ἐμοῦ ἕνεκα] cum *persuadendi* verbo iungenda.

139. τρόφιμε] *fili herilis* m). Supplapantis nunc vox, benevoli enim animi suspicionem habet. Quamquam impudenter mentitur nunc Davus more suo, quae modo dixit dixisse se praefracte negans n).

141. ἀρτίωσ ἔφησθα] *modo dixisti.* Et hoc dicentem audivimus o).

144. ἔπειθον] non iam πέπεικα impostor ait ad incitas redactus, sed: *persuadere volebam* vel: *conabar.*

— εἶεν] *ne plura, esto* p).

— βάδιζε] *i modo* q).

145. τότε] *modo* r).

145 sq. τὸ δεῖνα κτέ. — φλυαρεῖσ πρόσ με;] similia sunt Demeae in Samia Niceratum retinere frustra conati verba: ἀλλὰ πάλιν ἐλθών . . . τὸ δεῖνα . . . μικρόν, ὦ τᾶν . . . s), et conferendus est impostor ille Aristophaneus, qui mariti nomen rogatus — pro femina enim se gerebat — „τὸν δεῖνα" ait et mox: „ἔσθ' ὁ δεῖν' . . ., ὃσ καί ποτε τὸν δεῖνα . . . τὸν τοῦ δεῖνα . . .", cui alter: „ληρεῖν μοι δοκεῖσ" t). Valet τὸ δεῖνα *quod dicere volui* (vel *debui*) u).

147. τυχὸν ἴσωσ] *fortasse* v).

148. Novam causam Davus interserit, ut differat poenam sibi instantem. Interiectum μανθάνεισ est verecunde verbum nimis apertum retinentis w).

150. πορνίδιον τρισάθλιον] redit locutio in versibus his adespotis: τὸ λεγόμενον | ἥττων ἑαυτοῦ πορνιδίωι τρισαθλίωι | ἑαυτὸν οὕτω παρα-

---

a) Item Sam. 199, 268 Athenion. fr. 1[46] Epicr. 10[4]. — b) Sam. 6. — c) Cf. Agr. fr. 5. — d) Disc. 468. — e) Disc. 279. — f) Aristaen. II 2. — g) Fr. 581. — h) Soph. El. 1439, 1452. Has confert Sudhaus, statuentis, non exclamantis, haec verba ratus. — i) Disc. 394. — j) Item Her. 34 al. — k) Phasm. 43 Ar. Lys. 1037, 391. — l) Item vs. 144, 275, 404 Disc. 201 Sam. 43, 316. — m) Disc. 202-205. — n) Vs. 83. — o) Vs. 84. — p) Phasm. 48 Ar. Nub. 176 Pac. 663 al. — q) Vs. 144. — r) Item vs. 163 Sam. 270 sq. Ar. Plut. 834 Hom. (Γ 205) Θ 108 al. — s) Sam. 202. — t) Ar. Thesm. 620 sqq. — u) Ar. Vesp. 524. — v) Her. 31. — w) Disc. 654.

δέδωκεν *a*). Dactylus πορνιδι in tetrametris trochaeis insolitus *b*).

152—155. Nova identidem comminiscitur Davus, mendacia ex mendaciis serens, ut flagra effugiat. Nunc hero suadet ut aliquot dies se occultet, dum hae consilescant turbae atque irae leniantur *c*).

152. οὐδὲν οἷόν ἐστιν] sic Pisetaerus Aristophaneus: ἀλλ' οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν *d*).

153 sq. Sic apud Terentium ad iuvenem amica: *ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum | saltem ut concedas solum*; cui ille: *faciundumst quod vis: . . . rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum e*). Novi quid est infinitivi in -ναι desinentis diphthongus elisa *f*).

158. μεταβαλοῦ τρόπον τινὰ] *consilium tuum quodammodo muta g*).

159. καὶ μάλα] *ita sane*. Irridentis voculae, = *scilicet! h*)

160. ἐφόδι'(α)] *viaticum i*).

— δ'(ὲ)] elisa particula trimetrum cum proximo coniungit *j*).

162. δέει | αὐόσ εἰμι] item in Disceptantibus Onesimus *k*).

163. τότ'(ε)] *modo l*).

164 sq. Sosiam Polemo paludamentum et ensem domum referre iussit non iam sibi necessaria, denuo videlicet observatum eum mittens *m*); ipse enim redire nondum audet, pudore suffusus.

165. τὴν σπάθην] id q. τὸ ξίφοσ *n*). Ipsis militibus gladius sic iocose audiebat *o*), ut braccae Persicae θύλακοι sive *crumenae p*), telum militum Romanorum *pilum* sive *pistillum q*). Hinc in usum communem ea nomina verterunt.

— τί ποιεῖ] *quid agat* (*Glycera*), ut supra *r*).

166. ἀκαροῦσ δέω] *vix abstineo quin s*).

167. Huc cum accederet Sosias, eminus vidit Moschionem aedes matris intrantem, neque dubitat quin e Polemonis aedibus venerit a Glycera.

169 sq. Polemonis satelles Moschionem novit, nam et antehac ducem Corinthum est comitatus *t*), et hesterna vespera adfuit. Itaque Moschio Sosiam item habet cognitum *u*).

170. ἐπιδημίασ] nuper igitur Sosias cum hero in patriam rediit. Polemo quo expeditionem fecerit in servatis nostrae fabulae versibus non dicitur; ad *Pisidas* et in *Pontum* suum Polemonem chiliarcham bellatum misit Lucianus *v*).

171. ὁ ξένοσ] *latro conducticius* sive famulus Polemonis Sosias *w*).

172. νὴ τὸν Ἀπόλλω τουτονί] *per istam* — quae in theatro erat — *Apollinis statuam x*). Nisi lapidem τοῦ Ἀγυιῶσ dicit ante Myrrhinae Polemonisve aedes erectum *ÿ*).

174. τὸν δεσπότην] *Polemonem*.

— ἐξ ἀγροῦ] illuc igitur Polemo

---

a) Fr. com. adesp. 120. — *b*) Proleg. ad Ar. 216, 4 sq. — *c*) Plaut. Mil. 583. — *d*) Ar. Av. 966. — *e*) Ter. Eun. 181-187. — *f* Ar. Nub. 7. Item Cithar. fr. 5. — *g*) Vs. 63. — *h*) Disc. 304. — *i*) Ar. Ach. 53. — *j*) Disc. 45. — *k*) Disc. 515. — *l*) Vs. 145. — *m*) Vs. 59. — *n*) Item Sam. 314 sq. Invisi 11 et fr. 3 Philem. 70. — *o*) Nostratibus *kaasmes*. — *p*) Ar. Vesp. 1088. — *q*) Kropatscheck Jahrb. d. arch. Inst. 1908,87. — *r*) Vs. 106. — *s*) Men. fr. 885 com. adesp. 370, 580 sq. Ar. Nub. 496 Vesp. 92. — *t*) Vs. 62. — *u*) Vs. 281. — *v*) Lucian. LXVII 9 § 2. — *w*) Item vs. 280 sq. — *x*) (Vs. 421-423? Sam. 94?) fr. 740 Ar. Thesm. 748 Plaut. Bacch. 172 Merc. 676. — *ÿ*) Ar. Vesp. 875.

abierat, ad milites fortasse exercendos.

— θᾶττον] *citius* quam ei est consilium, si mox — e Sosia — audierit quid iam agat Glycera.

175. ταραχὴν οἵαν ποήσει] *quam* ταρακτικῶσ ἕξει *a*) Polemo.

176. Glyceram non amplius in Polemonis aedibus degere compertum iam habet Sosias; ἱερόσυλα *b*) θηρία ceteros dicit Polemonis ministros.

179. δηλαδή] *videlicet* *c*).

180. Frequens in conviciis fuit locutio κλάειν (κωκύειν, οἰμώζειν) λέγω σοι sive σε κελεύω μακρά (τὴν κεφαλήν), μεγάλα *d*).

181. *Plus artificum est mi quam rebar: ariolum hunc habeo domi* *e*).

182. τι] in Myrrhinae enim et Moschionis aedes Glyceram abiisse sensit Davus, perperam tamen puellae amatorem hunc ratus.

183. Davus a Moschione iussus Myrrhinae dicere ipsum domum rediisse, dum in prodomo etiam versatur, veritus heram sibi stomachantem denuo adire, genio interim indulgens *f*), audivit nunc Sosiam ostium pulsantem.

184. τυχόν] *fortasse* *g*).

186. πρὸσ βίαν τοῦ κυρίου] id q. τοῦ κυρίου ἄκοντοσ *h*).

187 sq. πονηρὸσ καὶ συκοφάντησ] *improbus calumniator* *i*). Coniunctio ut in γέρων καὶ βραδύσ, δίκαιοσ καὶ γεωργόσ, δημότησ καὶ φίλοσ, similibus *j*).

189. οὐκ ἔχειν ἡμᾶσ χολήν] Thersites apud Homerum: ἀλλὰ μάλ' οὐκ Ἀχιλῆϊ χόλοσ φρεσίν *k*). Similia apud Archilochum *l*) et comicos *m*).

190. οὐδ' ἄνδρασ εἶναι] *non me arbitratur militem sed mulierem*, apud Plautum Menandri vestigia prementem dicit miles iratus *n*).

— τετρωβόλουσ] stipendium diurnum militibus gravis armaturae solvebantur oboli quaterni *o*); διμοιρῖται autem, *duplicularii* sive διπλοῦν μισθὸν λαμβάνοντεσ *p*), erant *lochagi*, qui phalangis Macedonicae frontem tenebant, robore et peritia insignes; velites vero binos obelos ferebant *q*). Simili ioco heliastae ab Aristophane φράτερεσ τριωβόλου sunt dicti *r*), et *homo trioboli* id q. *homo nequam* valet apud Plautum *s*).

191. τετραδράχμοισ] *ducum* hoc fuit stipendium. Chiliarchis igitur *t*) quaternae in singulos dies iam solvebantur drachmae. Si duces, Davus ait, tali utuntur auxilio, facilis nobis erit victoria.

193. πράγματοσ ἀσελγοῦσ] articulus omissus, ut in huiuscemodi exclamationibus solebat fieri *u*).

200. πονηρόν] *mala res* *v*).

202. πρὶν πτύσαι] redit locutio apud Theocritum *w*), = *dicto citius*, et de Laide vetula contemtim quis

---

a) Disc. 403. — *b*) Disc. 549. — *c*) Disc. 279. — *d*) Ar. Ran. 34 Plut. 58, 612. — *e*) Plaut. Cas. II 6, 4. — *f*) Vs. 292-296. — *g*) Her. 31. — *h*) Sam. 214. — *i*) Item Lys. XII § 5 Dem XXV § 45, 48, 97, al. (Sudhaus). — *j*) Vs. 248 sq. Ar. Eq. 320 Nub. 129 Pac. 556 Lys. 580 al. — *k*) B 241. — *l*) Athen. 107 *f*. — *m*) Ar. Lys. 464 sq. — *n*) Plaut. Bacch. 845. — *o*) Men. fr. 357. — *p*) (Adulat. 28) Lucian. XLIV § 48 LXVII 9 § 5 Bekk. An. 242. — *q*) Theopomp. com. fr. 55. — *r*) Ar. Eq. 255. — *s*) Plaut. Poen. I 2 II 1. — *t*) Supra vs. 104. — *u*) Disc. 196. — *v*) Her. 17. — *w*) Theocr. XXIX 27; similia Eur. Bacch. 747 Ar. Plut. 737.

loquens in comoedia: ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾴδιόν ἐστιν ἢ πτύσαι [a]).

204. *Heus tu, si quid per iocum dixi, nolito in serium convertere* [b]). Vox σκατοφάγοσ sive *impurus, malignus* erat in conviciis [c]), — a canibus desumta? [d]) — ut ἱερόσυλοσ, aliae [e]). Eodem sensu βοῦν Κύπριον Menander dixit in Adulatore [f]), ferebantur nimirum boves Cyprii stercore vesci [g]).

205. „In civitate habitantes" — additurum Sosiam „tale quid ausi estis, ut in media barbarie" Davus interpellat: „at non est illa apud nos!" clamans. „Nos" autem dicit Moschionem seque. Nempe apud Myrrhinam, non apud eius filium, puella degit.

206. εἰσ κόρακασ] *in patibulum* [h]).

210 et 213. οὕτωσ ὄναιο et: οὕτω μοι γένοιθ' ἃ βούλομαι] sic mulierculae vehementer obtestatae apud Aristophanem verba sunt: οὕτωσ ὀναίμην τῶν τέκνων [i]). In nostri autem Disceptantibus alterum mancipium alteri: οὕτω τί σοι ἀγαθὸν γένοιτο [j]).

214. τὸ μέλημ'(α)] *cura, deliciae* [k]).

217. Pataecum a Myrrhina corruptum esse perhibet Sosias, morae impatientissimus et ad manus tandem aliquando venire, cum ipse quem vocavit dux iam adsit, quam maxime cupiens, — verus miles, manibus suis unice confisus.

224 sq. ἐμοί et σοί γ'(ε)] cum emphasi proferuntur propter *Sosiae* nomen oppositum.

224. κελεύεισ ἐμοί] inde a saeculo IV° κελεύειν non solum accusativum cum inf. sed et dativum personae admittebat, ut olim in dictione epica. Cuius generis loquendi primum fortasse inter posteros hoc est exemplum. Nam quod apud Platonem legitur: ἐλαύνοντασ τριήρεισ ἢ κελεύοντασ τούτοισ sive *celeuma iis edentes* [l]), id nonnihil discrepat.

226. ἐπισήμηνον] *praelii signum da tibia, quam tenes.* Antiquiores verbo medio utebantur, activo etiam Xenophon et Plutarchus. Huc spectare videntur Photii haec verba: σημαίνειν καὶ ἐπισημαίνειν· τὸ σφοδρῶσ αὐλεῖν, ὥσπερ οἱ σαλπιγκταί. οὕτωσ Μένανδροσ [m]). Quae si revera huc pertinent, puellam tibicinam fuisse inde efficitur.

230. ἐξόλλυσιν] notetur terminus -υσιν [n]).

232—234. *Nam et te, Abrotonon, in Myrrhinae aedibus obsidendis opem laturam putabam; nam artes quas calles ibi utilissimae futurae erant.* Verbis ambiguis puellam ludificat latro.

235. λαικάστρι'(α)] vox admodum contumeliosa [o]).

237. ὑμεῖσ] Polemonem et ministros armatos dicit.

238. Dicturus erat Pataecus: *si revera esset moechus is iuvenis, uxor autem esset apud quam eum deprehendisses, tunc sane vindictae tibi esset ius* [p]). Sed interrumpit eius verba Polemo.

---

a) Epicrat. fr. 2^{20} (*καὶ πτ.* cod., corr. vHerwerden). — *b*) Plaut. Poen. s. finem. — *c*) Item Sam. 205 fr. 825 Ar. Plut. 706 Crobyl. fr. 6. — *d*) Ar. Pac. 24 sq. — *e*) Disc. 191. — *f*) Adulat. fr. 8. — *g*) Antiphan. fr. 126 Plin N. H. XXVIII 81 (Diogen. III 49 V 80, Hesych., Suid.). — *h*) Disc. 25. — *i*) Ar. Thesm. 469. — *j*) Disc. 89 ibique alia. — *k*) Ar. Eccl. 905, 973. — *l*) Plat. Rep. 396 *a*. — *m*) Men. fr. 1011. — *n*) Disc. 262. — *o*) Ar. Eq. 167. — *p*) Vs. 252-254.

240. πάνυ καλῶσ] *optime* [a].

241. τυχὸν ἴσωσ] *fortasse* [b].

242—244. κατὰ τρόπον] *probe, recte* [c]. Polemo vero aliter atque Pataecus volebat verbum χρῆσθαι accipiens egregie indignatur. Ex eodem iocorum genere sunt haec atque Sosiae quibus Abrotonon modo vellicabat verba.

243. τῶν | πάντων] arte inter se colligati trimetri [d].

245. ὃ . . . ποεῖσ] *quod moliris*, ut Myrrhinae aedes vi effringas.

248 sq. τῶι κακῶσ διακειμένωι | ἐρῶντί τ'(ε)] id q. τῶι ἐν ἐρῶτι δυστυχοῦντι, ea enim particulae τε nunc est vis quae particulae καί in locutione πονηρὸσ καὶ συκοφάντησ et similibus [e].

249. διεφθαρκὼσ] recentior perfecti forma, ut πέπληχα [f] et ἀπέκταγκα [g]. Prisca vero in hoc Menandri versu legitur: εἰ δ' οὗτοσ ἔσθ' ὁ τὴν κόρην διεφθορὼσ [h].

— ἐμοῦ | ἀπόντοσ] *cum peregre versabar in expeditione bellica.*

250. ὥστ'(ε)] mente praemittendum οὕτωσ. *Quadamtenus verum est quod ais; nam eam sane tibi fecit iniuriam de qua verbis cum eo expostulare possis.* Sic alibi apud nostrum: ἐτρύφησεν ὥστε μὴ πολὺν τρυφᾶν χρόνον [i].

253. γὰρ] ab enuntiati initio noster more suo removit [j].

254. οὐδ' ἆρα νῦν] cum ad amatorem confugit.

256 sq. Similem orationi gravitatem verba iterata addunt apud Terentium: *Negat Phanium esse hanc sibi cognatam, Demipho? | Hanc Demipho negat esse cognatam?* [k].

258 sq. Et antehac igitur cum Polemone et Glycera Pataecus consuevit.

262. μετρίωσ] *sic satis* [l].

266—275. Nisi nugatur nunc poëta, certum aliquem petit finem. Quem autem? Ut in Glycerae cubiculum inductus Pataecus, dum a Polemone ei ostenditur mundus, quem puella cum contemtu reliquit, simul et oculis usurpet vetustam illam arculam olim sibi notissimam, in qua Glycera crepundia sua servabat [m]. Quam secum in Myrrhinae aedes transferre neglexit illa, cum mente perturbata illuc confugit. Simul autem poëta sic Pataecum aliquantisper a Myrrhinae, quas aditurus erat, aedibus removet, ut temporis spatium et in scena locus fiat Moschionis monologiae.

266. καλῶσ | ἔχει] *benigne*, urbana recusandi formula [n].

268. ὦ Πόσειδον] alterius verba impatienter ferentis exclamatio.

271 sq. Feminam μεγάλην καὶ εὐειδῆ [o] miles sibi elegit.

273. ὑπὲρ ἄλλων λαλῶν] *dum de aliis rebus loquor* [p].

275. βάδιζε] *i modo* [q].

276. Moschionem Davus evocavit e cubiculo [r].

---

a) Disc. 118. — *b*) Her. 31. — *c*) Item fr. 247 Antiphan. 39² Alex. 280 Dionys. 2⁶ Apollodor. 17. — *d*) Disc. 45. — *e*) Vs. 187 sq. — *f*) Disc. 520. — *g*) Invisi fr. 12 (?). — *h*) Fr. 3 (ubi codd. *εἰ δ' ἔστιν οὗτοσ τ. κ. δ.*). — *i*) Fr. 22; praeterea cf. Ar. Ach. 943 Eccl. 735 Eubul. fr. 30 Hom. *σ* 91 al. — *j*) Disc. 468. — *k*) Ter. Phorm. 352 sq. — *l*) Disc. 61. — *m*) Vs. 320 sq., 332-335, 338. Sensit hoc Körte (Proleg.² XLI). — *n*) Disc. 118. — *o*) Herodot. I 18, 60 V 12 al. Ar. Lys. 80. — *p*) Disc. 2. — *q*) Vs. 132. — *r*) Vs. 206 sq., 280, 290 sq., 297.

— εἰσφθερεῖσθε] *in Polemonis aedes vos recipietis,* id q. εἰσερρήσετε, cum contemtu dictum [a]).

278 sq. *Illi vero qui adsunt ne ad hirundinum quidem nidum expugnandum satis valent.* Conferendum est somnium Daemonis Plautini, cui *ad hirundinum nidum visast simia | ascensionem ut faceret admolirier, | neque eas eripere quibat inde* [b]). Contemtim autem similia ad Polemonem minacem et zelotypum dicuntur apud Lucianum: „ὡσ βρεφυλλίοισ ταῦτα, ὦ μισθοφόρε, ἡμῖν λέγεισ καὶ μορμολύττει; σὺ γὰρ ἀλεκτρυόνα πώποτ' ἀπέκτεινασ ἢ πόλεμον εἶδεσ; [c]). Neque minus acerbum est quod apud Plautum dicitur: *an etiam ille unquam expugnavit carcerem, patriam tuam?* [d]). — Vox οἷοι id q. ἐπεὶ τοιοῦτοι. Sic alibi: ἀλλ' ἐκκορηθείησ σύγ', οἷα τἀγαθὰ | ἥκεισ ἀπαγγέλλων [e]). Vox βάσκανοσ sive *fascinator* in conviciis usurpabatur [f]), ut ἱερόσυλοσ et similia [g]).

280. *At auxilia habebant, Davus ait.* — Herum a Davo perterrito vocatum esse hinc efficitur. Pluralis εἶχον Polemonem suosque significat.

281. Sosias abire a Polemone dudum est iussus [h]): nunc ut de praesente Moschio loquitur. Videtur ante Polemonis aedes custos adstitisse.

282—286. „Multos iam Graecia quamcunque ob causam miseros habet", — non sola Corinthus, fortasse igitur et Athenae Atticaque. Quam caute autem et anxie fere haec dicta! Nulla „pistilla belli", ut olim Aristophanes in Pace, poëta noster commemorat, miseriarum communium causas. — Structura eadem est horum verborum: πολλῶν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν θηρίων | ὄντων, μέγιστόν ἐστι θηρίον γυνή [i]), quibus inest tragicae dictionis imitatio iocosa [j]), et horum: πολλῶν φύσει τοῖσ πᾶσιν ἀνθρώποισ κακῶν | ὄντων, μέγιστον ἐστιν ἡ λύπη κακόν [k]).

283. φορὰ . . . καλή] *ampla annona.* Ita nunc transfertur vox ut σπέρμα in verbis Epopis Aristophanei, qui audito inter Athenienses esse qui lites abominentur, σπείρεται γὰρ τοῦτ' ἐκεῖ τὸ σπέρμα; rogat admirans [l]) Neque alio dicendi genere usus senex apud Plautum sive Philemonem *morum malorum* ait *licet iam metere messem maxumam* [m]).

287—292. Aedes intrantes herum et famulum vidimus [n]).

287. εἰσῆλθον] *domum redii* [o]); mox vero εἰσῆλθον et εἰσπέμπω spectant *gynaeceum*, ubi erant Myrrhina et Glycera [p]).

290. εἰσ οἶκον] id q. εἰσ οἴκημα [q]) sive δωμάτιον [r]), *in meum cubiculum* [s]). Articulus omittitur, ut in εἰσ ἀγρόν et similibus, quia proprii nominis vox est instar [t]).

291. συνεστηκώσ] *compositus,*

---

a) Item Sam. 229, ἀποφθαρῆναι Sam. 282 Ar. Nub. 789 al., ἐκφθ. Pac. 72, προσφθ. Eccl. 248, ἀναφθ. Av. 916, simplex Ach. 460 al. — *b*) Plaut. Rud. 598 sqq., 772. — *c*) Luc. LXVII 9 § 5. — *d*) Plaut. Pseud. 1172. — *e*) Agric. 53. Similia Disc. 188 Ar. Nub. 1168. — *f*) Epid. 25 Ar. Eq. 103, *tervenefice* Plaut. Bacch. 813. — *g*) Disc. 191. — *h*) Vs. 231. — *i*) Fr. 488. — *j*) Aesch. Choëph. 585-594 Soph. Ant. 332 sq. Eur. fr. 1045. — *k*) Fr. 668. — *l*) Ar. Av. 110. — *m*) Plaut. Trin. 33. — *n*) Vs. 161-163. — *o*) Ar. Ach. 202. — *p*) Vs. 289 et 292. — *q*) Plat. Prot. 315 *d* al. — *r*) Ar. Ran. 100 al. — *s*) Item Xen. Conv. 2 § 18 Hom. α 356 al. — *t*) Cf. Sam. 17.

tranquillus, modestus. Opp. ἐξεστηκώσ a). Sic apud Euripidem dicitur τὸ σκυθρωπὸν καὶ ξυνεστῶσ φρενῶν b).

293. τοσοῦτον αὐτό] *id unum, nihil amplius.*

295. *Ipsis* (herae suisque) *paratum cum videret prandium* c) Davus, cibum prius curavit quam Moschionis iussa. Sic certe arbitratur iuvenis; sed ideo potissimum cunctatus esse Davus est existimandus quod Myrrhinae irae iterum se offerre vereretur. Audivit tunc Sosiam ostium pulsantem d).

299. Laetum nuntium a Glycera per matrem expectabat iuvenis sibi perplacens et a Davo in errorem perductus e); at nihil horum factum est, et mox eum ex cubiculo excitavit Davus perterritus: copias hostiles esse ante fores: aedes actutum expugnatum iri.

301—312. Immerito culpari se Glycera demonstrat Pataeco, qui hactenus credidit id quod ei dixit Polemo, puellam amore Moschionis teneri et huius causa Polemonis aedes deseruisse.

303. κατ' ἐμὲ] opp. ὑπὲρ ἐμέ f).

305. τάλαν] *pro pudor!* g). Neutrum interiectionis loco usurpatum.

306. ἰταμῶσ] *audacter* h).

307. τῶι πατρὶ] vivit igitur Myrrhinae maritus, Moschionis ut ipse quidem putat pater; nam ex eius mente Glycera nunc loquitur. Nullum ceteroquin huius viri in fabulae fragmentis est vestigium i), et ne nomine quidem iam est cognitus: dudum mortuum quivis suspicaretur, nisi hic extaret versus. Quid enim maritus ille habebat quod ageret? Indignari potuit, stomachari, cum uxore vehementissime expostulare ira abreptus, postquam prisca illa Myrrhinae fraus palam est facta; in tragoediam denique drama convertere potuit: lepidi vero, festivi, iocosi quidquam ei tribuere poëta quomodo potuerit, cur autem locum ei in fabula fecerit, dictu difficile. Eo autem tempore, quo Polemo cum Glycera rixatus est, eum iter fecisse peregre, id quidem liquet; nam Moschionis mater suo marte res transigit, pater ne tum quidem prodit cum eius aedes cinguntur armatis et platea clamoribus oppletur. Vix potuit fieri quin sub fabulae exitum a poëta induceretur: certi quod de eo statuatur nihil est praesto; sed suspicio est eum Pataeci fuisse fratrem j).

313. ὦ Ζεῦ πολυτίμητ'(ε)] frequens deorum epitheton k).

325. ὑπὲρ] id q. περί l).

326. ἐγὼ οἶδα τἄμ' ἄριστα] *mearum me rerum novisse aequomst ordinem* m).

329. τισ] *aliquis vestrum*, ad Polemonis ministros dictum n).

331. κεκτημένη] *hera* o).

333 et 337. κοιτίδ'(α) et κοιτίσ] *arcula(m)* p).

— τὰ ποικίλα] id q. τὰ πεποικιλ-

---

a) Disc. 507. — b) Eur. Alc. 797. — c) Vs. 77, 117. — d) Vs. 183. — e) Vs. 110-125. — f) Her. 19. — g) Disc. 259. — h) Disc. 358. — i) Vs. 174 sq. an de eo sermo fiat fortasse potest dubitari; sed *Polemonem* illic significari certum videtur. — j) Pag. 61 b. — k) Item fab. inc. 56 fr. 351, 848; cf. Ar. Eq. 1390 Ran. 337. — l) Disc. 2. — m) Plaut. Trin. 451. — n) Disc. 611. — o) Her. 37. — p) Disc. 206.

μένα. Dionysi ex gr. tunica ornata dicebatur τὸ ποικίλον [a]).

335. τί κλάεισ] flere Doris nunc incipit, propterea quod e mandata sibi re efficit Glyceram in ira perstare, non redituram in aedes Polemonis, heram sibi posthac non futuram.

— πέπονθά τι] *commotus sum* [b]).

338. τότ'(ε)] cum Polemo ei ostendit Glycerae mundum ab ea spretum [c]).

340. Item in Disceptantibus Syriscus anulum inspiciens γλύμμα ταῦροσ ἢ τράγοσ, ait, οὐκ ἂν διαγνοίην [d]).

342. πετεινὸσ ἵπποσ] *equus alatus*, qui terra relicta Ζηνὸσ iam ἐν δώμασι ναίει | βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι [e]), sive, ut fuit apud Euripidem, ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸσ ἀστραπηφορεῖ [f]), fuit *minister fulminis*, et in infantium crepundiis eius imago ἀποτρόπαιον esse potuit, ut *securicula* illa *aurea*, quae Pamphilae in Disceptantibus fuit [g]). Corinthia autem quoniam fuit uxor Pataeci, etiam facilius intellegitur dono ei datam esse icunculam equi caelestis, qui Bellerophontem heroëm Corinthium in victoriam tulit.

345. τὴν ἐμὴν τεκοῦσαν μητέρα] *Myrrhinam* dicit Moschio, quae quin vera sibi sit mater nondum est cur dubitet [h]). Sed Glyceram suam sororem esse suspicari coepit, sive Davus ei significavit, sive aliud rei indicium ei est factum. Itaque verum minime perspexit. Possessivum ita fere est usurpatum ut in mancipii his verbis: τὴν ἐμὴν κεκτημένην [i]).

349 sqq. Non dictio sola, quae per totum hoc colloquium supra soccum non nihil assurgit [j]), sed et ipsi numeri stichomythici tragoediae iam assimulantur.

353. ῥόθωι τυφλῶι] *caeco impetu*; ῥόθοσ id q. ὁρμή [k]).

357. Et ipsum igitur se olim expositum esse iam sentit iuvenis.

358. Hic praesertim versus proximus est tragoediae. Sic Melanippe Euripidea: ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα dixit de caelo a terra discreto locuta [l]).

361. Myrrhinae hoc iuravit Glycera cum ei in primo fabulae actu dixit quae sibi cum Moschione intercederet necessitudo.

362. σύσσημον] *signum*. Inter Menandri voces a prisca dictione alienas affert Phrynichus [m]).

368. Non ipse infantes exposuit pater, τὸ ἄγοσ more solito fugiens [n]).

373. γὰρ] ab enuntiati initio remotum [o]).

376. βίον] id q. βίοτοσ nunc valet, ut saepe apud Menandrum [p]).

377. ἐν ἡμέραι] *unius diei spatio* [q]). Item olim Homerus: ἄνδρ' ἕνα τοσσάδε μέρμερ' ἐν ἤματι μητίσασθαι [r]), et: θάνατον . . . ὅσ δή σφι σχεδόν ἐστιν ἐν ἤματι πάντασ ὀλέσθαι [s]); ubi ἔν' (ἑνί) olim erant qui legerent. Sic ἐπ' ἤματι *per unius diei spatium* [t]).

— δεινοῦ πότμου!] omissus more solito est articulus [u]).

---

a) Cratin. fr. 38. — *b*) Her. 18. — *c*) Vs. 266-275. — *d*) Disc. 213 sq. — *e*) Hes. Theog. 285 sq. — *f*) Eur. fr. 314 (Ar. Pac. 722). — *g*) Disc. 211. — *h*) Item infra vs. 362. — *i*) Her. 37. — *j*) Invis. 16. — *k*) Lexx. — *l*) Eur. fr. 488³. — *m*) Men. fr. 1073. — *n*) Pag. 12 *l*. — *o*) Disc. 468. — *p*) Item fr. 115, 165⁵, 382, 655 al. — *q*) Item Epicl. 74. — *r*) *K* 48 Theocr. XII 2. — *s*) *β* 284. — *t*) *T* 229 *μ* 105 *ξ* 105. — *u*) Disc. 196.

378 sq. τὴν ναῦν ... καλύψαι πέλαγοσ Αἰγαίασ ἁλόσ] obiecti accusativus praecedit accusativum subiecti, ut assolebat a). Poëticae dictionis est πέλαγοσ ἁλόσ, ut in Homeri his verbis: ἁλὸσ ἐν πελάγεσσι b). Cuiusmodi locutione et coquus aliusve quis usus apud Nausicratem dixit: φανέντοσ πελαγίοισ ἐν ἀγκάλαισ c).

380—382. Constr.: πτωχὸν ὄντα παιδία τρέφειν ἐφόλκια, (τοῦτο) ἡγησάμην (εἶναι) ἀνδρὸσ (τὸν) τρόπον ἀβούλου. E tragoedia vocem ἐφόλκια sic usurpatam Pataecus desumsit. Apud Euripidem enim Andromache liberos haud optatos vocat ἀθλίαν ἐφολκίδα d), item suos modo a se liberatos Hercules allocutus ἄξω ἐφολκίδασ, ait, ναῦσ δ' ὥσ ἐφέλξω e), et mox post cladem horrificam de se ipso et patre: Θησεῖ πανωλεῖσ ἑψόμεσθ' ἐφολκίδεσ f). Quae e re navali desumta est imago, nam ἐφολκίσ vel ἐφόλκιον dicebatur linter maiore navigio protractus; item adiectivum ἐφολκόσ ad hominem tardiorem, qui nisi impulsu alieno vix procedat, translatum g).

385. δέραια] *collaria* h).

386. γνώρισμα] *indicium* i).

388. δηλαδή] *videlicet* j).

397. Pataeco Moschionem ignotum esse ex his verbis videtur effici.

398. Sic apud Sophoclem Philoctetes Neoptolemo roganti: βούλει θίγω τί σου; respondet: μὴ δῆτα τοῦτό γε k).

404. βάδιζ'(ε)] *i modo* l).

— ἐλευθέραν | ... ἀφήσω] Glycerae quidem τῆσ κεκτημένησ m) ancilla fuit Doris, sed ab ipso Polemone ei adiuncta. Uxorem si duxerit Glyceram, Doridem manu missurus est. Sic et Abrotonon libertatem invenit in Disceptantibus fabula n).

410. ἐπαρῴνουν] id q. ὕβριζον o).

411. καλῶσ ποιῶν] sic apud Aristophanem dicuntur: καλῶσ ποιῶν ἀπόλωλε et similia p).

412. πορεύσεθ' (-ται)] *abibit* q) ex aedibus Myrrhinae, ubi nunc degit. Redibit ad te in domum tuam.

414. ἐπεξήταζ'(ε)] dum ornabat se Myrrhina, pater modo repertus Pataecus nova semper ex ea *quaeritabat*.

416. ποτέ] *tandem aliquando* r).

418. Bene factum quod coquum conduci et porcum emi Polemo iusserat, amicos hodie domi suae accepturus, quo pelleret dolorem s). In deperditis igitur versibus huius rei facta est mentio.

419 sq. κανοῦν ... ἐνάρξετ'(αι)] sacrificantium verba erant ἐν-, κατ-, ἀπάρχεσθαι. Rem divinam qui erat facturus, ἐνήρξατο τὸ κανοῦν sive — ut Homerus loquitur — ἐνέθετο οὐλοχύτασ κανέωι t), *ornabat canistrum* grana hordei ceteraque quae ad rem faciendam requirebantur ei imponendo u); tum κατήρξατο malluvium et molam, — χέρνιβά τ' οὐλοχύτασ τε v), — *hordei grana* (τὰσ

a) Vesp. 429. — b) ε 335, item h. Ap. 73 XXXII 15 Archil. fr. 11. — c) Nausicr. fr. 1. — d) Andr. 200; nos: *nasleep*, et alia imagine usi: *blok aan het been.* — e) Herc. 631 sq. — f Ibid. vs. 1424. — g) Ar. Vesp. 268. — h) Disc. 71. — i) Disc. 128. — j) Disc. 237. — k) Soph. Phil. 762. — l) Vs. 132. — m) Vs. 61, 67, 331. — n) Disc. 364, 584 sqq. — o) Disc. 297. — p) Ar. Eq. 1180. — q) Disc. 450. — r) Disc. 269. — s) Ut vs. 53-57. — t) δ 761. — u) Item Sam. 7; cf. Ar. Pac. 948 Ach. 244 Av. 43 Diphil. fr. 89, Stengel Herm. XLIII 456. — v) Hom. γ 445.

ὀλάσ) *spargendo*[a]), dein ἀπήρξατο sive *hostiam morti vovebat* pilis e fronte recisis[b]).

421—423. Corona Polemo se ornat, ut in sacris faciendis solebat fieri[c]). Quam videtur sumsisse ex Apollinis quae in theatro erat ara[d]), ut in Andria Terentius sive Menander dixit: *ex ara hinc sume verbenas tibi*[e]).

425. τί γὰρ πάθηι τισ!] Pataeco in conspectum nondum venit Polemo postquam apparuit Glyceram esse illius filiam; quapropter pudore perfusus et iram eius metuens *quid iam de me fiet!* exclamat[f]).

426. θύραν ψοφεῖν] *ostium crepare*[g]).

429. τότε δέχεσθαι τὴν δίκην] *tunc* non superbia efferri, sed *poenam oblatam accipere.* Vox δίκη ita ut in locutionibus δίκην διδόναι, τίνειν, λαμβάνειν, verbum δέχεσθαι autem ita ut in δέχεσθαι ὅρκον, βάσανον, πρόκλησιν.

430. Ἕλληνοσ τρόπου] *indolis*[h]) *Graecae.* Adiectivi nunc munere fungitur Ἕλλην, ut Ἑλλάσ in Philoctetae Sophoclei his verbis: σχῆμα μὲν γὰρ Ἑλλάδοσ στολῆσ ὑπάρχει[i]). Apud Alexidem Solon πότον Ἑλληνικόν dicit *compotationem modicam*[j]).

431. τισ] *unus vestrum*[k]). Polemonis ministros incitat.

435 sq. Iusta et legitima τῆσ ἐγγυήσεωσ haec erat formula[l]). Item alibi noster: παίδων ἐπ' ἀρότωι γνησίων | δίδωμί σοι ἐγὼ τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα[m]). Quapropter *celeberrimum in comoediis hunc versum* dixit Apuleius[n]).

437. καὶ καλῶσ γ' ἔχει] *et optime sic habet, bene de me actum censeo*[o]).

438. Nempe κομψὸσ στρατιώτησ οὐδ' ἂν εἰ πλάττοι θεὸσ | γένοιτ' ἄν, ut alibi apud nostrum — fortasse a Doride in deperdita huius fabulae parte — dicebatur[p]).

439 et 441. προπετὲσ] *inconsultum atque temerarium*[q]).

— μηδὲ ἕν] frequens apud nostrum hiatus[r]).

440. Ἄπολλον] invocat τὸν ἀποτρόπαιον καὶ ἀλεξίκακον.

443 sq. Hoc ipsum est quod futurum dixit Ignoratio[s]); τὸ σὸν πάροινον Glycera dicit Polemonis inconsideratam illam iracundiam[t]). Etiam τὸν σὸν οἶνον dicebant, ut Bdelycleon Aristophaneus[u]).

446. σύνθυε] εὐαγγέλια τῶν γεγονότων[v]) nobiscum celebra.

447 sq. A nuptiali mox cena non aberit Pataecus, sed prius adeundus ei est Philinus, quisquis hic fuit, ut huius filiam suo filio conciliet uxorem. — Non nisi perpaucos ante fabulae finem versus intercidisse manifestum est.

---

a) *Α* 458 Ar. Pac. 962. — *b*) *Γ* 273 *γ* 446. — *c*) Ar. Vesp. 861 al. — *d*) Vs. 172. — *e*) Ter. Andr. 726 Men. fr. 45. — *f*) Item Ar. Lys. 954 Plut. 603; aliter Nub. 798. — *g*) Disc. 488 sq. — *h*) Disc. 627. — *i*) Soph. Phil. 223 sq.; nisi *στολή θ'* (*et habitus et vestis sunt Graeciae*) ibi est legendum. — *j*) Alex. fr. 9. — *k*) Disc. 611. — *l*) Ar. Proleg. Eccl. V. — *m*) Men. fr. 720; cf. et fab. incert. 28-30. — *n*) Apul. Apol. 576 (Men. fr. 720). — *o*) Disc. 118. — *p*) Infra fr. 4. — *q*) Disc. 348. — *r*) Disc. 111. — *s*) Vs. 43 sqq. — *t*) Disc. 297. — *u*) Ar. Vesp. 1398. — *v*) Vs. 415 sqq.

AD SAMIAM.

4. εἰσῆλθον] *domum redii* a) viso Nicerato vicino. Quocum de Moschionis Plangonisque nuptiis hodie ineundis modo pactus est Demea. Hoc enim Moschion ab ipso petiverat b).

— ὑπερεσπουδακὼσ] properato opus fuit propter τὸ τάχοσ τῶν πραττομένων c).

6. εὐτρεπίζειν] *parare* d).

7. ἐνάρχεσθαι κανοῦν] *canistrum ornare ad rem divinam faciendam* e).

9. τῶν πραττομένων] τοῦ πράγματοσ, *rerum quae agebantur* f), διὰ τοὺσ γάμουσ ταχέωσ πάνυ πραττομένουσ.

10. ἔρριπτ'(ο)] *proiectum neglectumque iacebat.*

12. Sic apud Plautum: *omnes festinant intus totis aedibus, | senex in culina clamat, hortatur cocos: | quin agitis hodie? quin datis si quid datis? | properate! cenam iam esse coctam oportuit* g). Et recordamur Dicaeopolidis Aristophanei sic pagi sui otium prae vita urbana laudantis: οὐδεπώποτ' εἶπεν· „ἄνθρακασ πρίω", | οὐκ „ὄξοσ", οὐκ „ἔλαιον", οὐδ' ᾔδει „πρίω", | ἀλλ' αὐτὸσ ἔφερε πάντα h). Coquus per domum currens et „οὐκ ὄξοσ ἐστίν, οὐκ ἄνηθον, οὐκ ὀρίγανον!" alia multa clamans est apud Alexidem i). Nunc nondum adest coquus, quem ad cenam nuptialem parandam more solito conductum j) Parmeno servus mox adducet e foro k).

13. συλλαμβάνων] mente add.: τοῦ πράγματοσ, *et ipse manum admovens operi subitario* l).

14 sq. Matrona si adfuisset, huic Demea reliquisset curam *res e cella penaria expromendi* m).

17. ἀφ' ὑπερῴιου] omisso articulo, quia proprii nominis instar est vox, ut οἶκοσ n), alia. Item nos o).

19—21. Pariete transverso ducto pars postica τοῦ μεγάρου sive μυχόσ ille ex Homero notissimus p) separatus est ab ipso megaro sive triclinio; nam priscum illud nomen iam erat intermortuum. Novum autem hoc conclave, quod foribus ab altera parte coniunctum erat cum triclinio, ab altera cum meaculo per quod adibantur scalae q), locum praebebat mulieribus lanam facientibus; nebatur ibi et texebatur. Idem autem meaculum, per quod ad scalas erat aditus, ducebat ad cellam

---

a) Ar. Ach. 202. — b) Vs. 121. — c) Vs. 8, 119, 265 sq., 328 sqq. — d) Circ. 117. — e) Circ. 419 sq. — f) Ar. Vesp. 695 Pac. 1085. — g) Plaut. Cas. IV init. — h) Ar. Ach. 34 sq. — i) Alex. fr. 174. — j) Rankin the rôle of the *μάγειροι* in the life of the ancient Greeks, Chicago 1907. — k) Vs. 65 sqq. — l) Item vs. 144. — m) Ar. Thesm. 419. — n) Circ. 290. — o) *Op zolder, naar bed.* —) p) *I* 663 *λ* 373 sq.; *φ* 146. — q) *ο* 330-332.

penariam. Itaque, sive hanc, sive aedium partem superiorem petebat quis, per textrinam illam iret necesse erat:



19. ἱστεών] sic dicebant, non ἱστών, quod expectaverit quis *a*).

20. διὰ τούτου] τοῦ ἱστεῶνοσ.

22. γεγονυῖα ... θεράπαινα] fuit σηκίσ, in ipsis olim aedibus — Demeae patre vivente — nata et educata.

23. Ancilla haec postquam Moschionem nutrivit infantem, a Demea est manumissa. Permansit dein anus liberta apud pristinum dominum nunc patronum. Iamque Moschionis filiolum curat, quantum quidem potest per aetatem provectiorem. Conferri possunt Tibeus pastor manumissus, cuius in Heroë fit mentio *b*), minister qui in Phasmate verba facit, Sosia libertus in Terentii Andria.

25. ἔνδον] mente add.: τοῦ ταμιείου.

27. ταῦτα δὴ τὰ κοινά] item in Disceptantibus *c*).

37. τάλαν] ut supra *d*).

41. αὐτόσ] *herus e*), item mox αὐτή *hera f*). Haec igitur Chrysidis, mulieris liberae *g*), apud Demeam in ministros erat potestas.

42. καὶ παρεξήλλαξέ τι] *et mutavit sermonem*, ut illam facere iubebat. Dixit quae a Demea audiri liceret.

43. βάδιζε] *i modo h*).

44. Pressa voce ancilla iunior *nihil audivit ille* addidit.

47 sq. *Iam placido vultu et gressu e cella penaria prodii quam modo ex aedibus exeuntem me vidistis i*).

52. αὐτῆσ] *ipsius*, — ut dixit Demeae, — non alienum. Mater igitur pueruli quae sit nequit dubitari, — sic certe arbitratur Demea, — qui autem sit pater quaerendum.

55. οὔθ' ὑπονοῶ] id quod in mentem sibi venit revera putare se negat. Moschionem e Chryside filium genuisse etsi non potest non suspicari, negat tamen sibi et aliis.

59. ὡσ ἔνεστιν] *quam maxime j*), *quantum est in rerum natura*, μάλιστ' ἀνθρώπων.

60 sq. ἐπειδὰν ... καταμάθω ... πρῶτον ..., εἶτα ...] *cum mecum reputo primum ..., dein* ...

63. βεβιασμένην] *quae flagitando et tantum non vi adhibita a me impetravit*.

64. ἐξέστηχ' (-κα)] οὐκέτι ἐν ἐμαυτοῦ εἰμι *k*).

65 sqq. Domum redit Parmeno, corbem dapibus in foro coëmtis repletam gestans et coquum adducens *multiloquum*, *gloriosum*, *insulsum l*), modo conductum ad cenam

a) Phrynich. s. v., Poll. VII 28. Cf. *πρηγορεών, κεραμεών* formae recentiores: Ar. Av. 1113 Lys. 200. — *b*) Her. 21 sq. — *c*) Disc. 351. — *d*) Disc. 259. — *e*) Ar. Nub. 219. — *f*) Vs. 43. — *g*) Vs. 232. — *h*) Circ. 132. — *i*) Sic Leo. — *j*) Item vs. 137. — *k*) Disc. 507. — *l*) Plaut. Pseud. 794.

nuptialem parandam. Sic apud Sosipatrum quidam: ἐν ὅσωι προσέρχετ' ἐξ ἀγορᾶσ ὁ παῖσ, | μικρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματοσ [a]). Sua vasa coqui solebant afferre, ab ipsis prius conducta [b]).

65. εἰσ καλὸν] id q. εἰσ καιρόν, *opportune* [c]).

67. τοὺσ ἄνδρασ] coquum huiusque famulum [d]). Ab his adspici non iam vult Demea [e]).

68—70. Simillimae de coquo garrulo neque quicquam sua arte maioris momenti ducenti querelae sunt in nostri Ficto Hercule fabula: μάγειρ', ἀηδὴσ μοι δοκεῖσ εἶναι σφόδρα. | πόσασ τραπέζασ μέλλομεν ποεῖν τρίτον | ἤδη μ' ἐρωτᾶισ. χοιρίδιον ἓν θύομεν· | ὀκτὼ ποήσοντεσ τραπέζασ ἢ μίαν, | τί σοι διαφέρει τοῦτο; κτέ. [f]). Item apud Anaxippum ad coquum de arte culinaria fuse disserentem pater familias: πάπαι, | ἐμὲ κατακόψεισ, οὐχ ὃ θύειν μέλλομεν [g]). Ut κατακόπτειν, sic et simplex κόπτειν valebat id quod *taedio enecare*, ex. gr. μὴ κόπτ' ἔμ', ἀλλὰ τὰ κρέα [h]). Conferri potest ἀποκναίειν verbum [i]).

70. *Mihine illudis, idiota?* — Aristophaneum aliquem philosophum ἐκ τῆσ κρεμάθρασ nequam τινα ἐφήμερον increpantem [j]) audire nobis videmur. Nempe idiotas sive artis expertes rudesque homunciones coquus noster, qui vir sibi videtur doctissimus et artis suae peritissimus, omnes habet mortales qui τῆι ὀψαρτυσίαι perdiscendae non dederunt operam. Et minime inepte iocari hac aetate visus est Strato poëta comicus, cum coquum induxit ὁμηρίζοντα et mera aenigmata loquentem [k]).

72—77. Apud Diphilum coquus τραπεζοποιόν sic alloquitur: οὐ μὴ παραλάβω σ' οὐδαμοῦ, Δράκων, ἐγὼ | ἐπ' ἔργον οὗ μὴ διατελεῖσ τὴν ἡμέραν | τραπεζοποιῶν ἐπ' ἀγαθοῖσ πολλοῖσ χύδην. | οὐ γὰρ βαδίζω πρότερον ἂν μὴ δοκιμάσω | τίσ ἐσθ' ὁ θύων, ἢ πόθεν συνίσταται | τὸ δεῖπνον, ἢ κέκληκεν ἀνθρώπουσ τίνασ. | κτέ. [l]). Vocabatur τραπεζοποιόσ sive *structor* ὁ τῆσ πάσησ περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆσ ἐπιμελούμενοσ, ὁ ἐπὶ τῶι διακονεῖν ὤν, is qui in triclinio res curabat, ut coquus in culina [m]).

73. πόσαι γυναῖκέσ εἰσι] quot mulieres accubiturae sint cenae nuptiali, cui etiam matres, sorores, alias mulieres honestas adesse iubebat mos. Sic apud Euangelum ad coquum aliquis: τέτταρασ τραπέζασ τῶν γυναικῶν εἶπά σοι, | ἓξ δὲ τῶν ἀνδρῶν, τὸ δεῖπνον δ' ἐντελὲσ καὶ μηδενὶ | ἐλλιπέσ· λαμπροὺσ γενέσθαι βουλόμεσθα τοὺσ γάμουσ [n]). Apud nostrum alibi fit mentio legis non nisi certum numerum convivarum concedentis et magistratuum τῶν γυναικονόμων huius rei curam habentium [o]).

76. Etiam verbosius atque imperiosius de culina servum — aut patrem familias — interrogans coquus apud Alexidem: ὀπτάνιόν ἐστιν; — ἔστι. — καὶ κάπνην ἔχει; | —

---

a) Sosipatr. fr. 1^{21} sq. (Körte). — *b*) Vs. 150 Alex. fr. 257 Plaut. Aul. III 2 Merc. IV 4. — *c*) Item fr. 348^{2} (Hense). — *d*) Vs. 80. — *e*) Vs. 146. — *f*) Men. fr. 518. — *g*) Anaxipp. fr. 1^{22}. — *h*) Alex. fr. 173^{12}. Similia sunt Hegesipp. 1^{3} Sosip. 1^{30} Anaxipp. 1^{23}. — *i*) Invis. fr. 1. — *j*) Ar. Nub. 223. — *k*) Enchir. dict. ep.[2] 25 sq. — *l*) Diphil. fr. 43. — *m*) Nos: *een dienknecht.* Cf. Antiphan. fr. 152 Alexandr. 3 Philem. 61 Hesych. s. v. — *n*) Euang. fr. 1. — *o*) Men. fr. 272.

δηλονότι. — μή μοι δῆλον· ἀλλ' ἔχει κάπνην; | — ἔχει. — κακὸν εἰ τύφουσαν. — ἀπολεῖ μ' οὑτοσί! a).

77. Additurum: *hocine est garrire?* interrumpens Parmeno: *ita sane* (γε), ait, *aures mihi obtundis, et vehementissime quidem.*

78 sq. εἰσ περικόμματα, | οὐχ ὡσ ἔτυχεν] *non sic temere* b), *sed in isicium tenuissimum* c).

82. σπυρίδα] *sportam*, quam piscibus aliisque dapibus in foro modo emtis repletam domum affert Parmeno. Alibi apud nostrum increpatur servus deses, qui non intus sed πρὸσ ταῖσ θύραισ τὸ φορτίον θεὶσ ἕστηκεν d).

— ἀγαθῆι τύχηι] *per me licet* e). Onus satis molestum — diviti enim viro paratur cena — libentissime suo loco depositurus est.

83. τοῦτον] Parmenonem, servum fidum et acutum.

85. περίεργοσ] vox id quod πολυπράγμων valens f) verborum lusum nunc praebet: ἔργον—περίεργοσ.

86. Ostium denuo *egrediens* Parmeno g) ianuam pulsat more solito h), Chrysidem autem iubet ea curare quae non iam potest ipse, quoniam vocavit dominus.

87. τὴν . . . γραῦν] nutricem vetulam, de qua verba modo fecit Demea i).

88. ἀπὸ τῶν κεραμίων] mente add.: οἴνου (ἀκράτου), id q. τῶν ἀμφορειδίων, τῶν σταμνίων j): *curate abstineat a lagenis* vini generosioris, cenae solito lautiori destinati. Quas e foro Parmeno modo attulit k). — Anus bibulae in comoedia nova frequentes.

— πρὸσ θεῶν] moram haud ferentis clamor l).

89. τί δεῖ ποεῖν σε;] cum amaro risu vultuque minaci Demea ipsa ministri verba repetit. Qui si dixisset: „ὅ τι δεῖ ποεῖν σε;" minarum nihil inesset verbis, id enim significaret: *quid faciendum sit rogas?* m).

— δεῦρ' ἀ. τ. θ. | ἔτι μικρόν] *concede istuc paululum. Audin'? Etiam nunc paulum. Sat est* n). Item apud Plautum: *illuc regredere ab ostio* et: *abscede etiam nunc* o).

90. ἤν] id q. ἰδού p).

91. μὰ τοὺσ δώδεκα θεούσ] notum iusiurandum q).

94 sq. *Ita me Iuppiter Iuno Ceres | Minerva Spes Latona Opis Virtus Venus | Castor Polluces Mars Mercurius Hercules | Submanus Sol Saturnus dique omnes ament!* r). Locutio μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ frequens est apud Aristophanem s).

96. παῦ] forma monosyllaba dictioni comoediae novae propria, a grammaticis commemorata t). Apud Aristophanem fuere qui invehere conarentur u).

97 sq. Item Deianira Sophoclea ad praeconem: οὗτοσ, βλέφ' ὧδε, et apud Plautum dominus ad servum: *sed quaeso hercle agedum, adspice*

---

a) Alex. fr. 173; cf. Ar. Vesp. 143. — b) Her. 31. — c) Ar. Eq. 372. — d) Fr. 420. — e) Disc. 48. — f) Disc. 87. — g) Item vs. 324. — h) Disc. 520. — i) Vs. 21 sqq.; item vs. 158. — j) Men. fr. 229 Cratin. 461 Alex. 65 Hom. *I* 469. — k) Adul. 47. — l) Disc. 617. — m) Ar. Av. 1233 sq., Kähler Wolken des Ar.[2] p. 199. — n) Ter. Eun. 706. — o) Plaut. Aul. 46, 55. — p) Disc. 216. — q) Item Adulat. 113 Ar. Eq. 235 Av. 95. — r) Plaut. Bacch. 892 sqq. — s) Ar. Nub. 732. — t) Phot. s. v., Aelius Dionysius apud Eust. 1428,26. — u) Ar. Eq. 821.

ad me. — *Em* [a]). — *Dic modo* cet.[b]).

102 sq. Egregia arte poëta Demeae ea tribuit verba, quae Parmenoni aliud significarent atque illi. Nam e *Chryside* illum infantem a Moschione genitum Demeae videri servus minime intellegit, neque potuit suspicari. Quapropter domino roganti assentitur, assentiendo autem huic visus est id ipsum confirmare, quod veritus quidem erat, sed credere etiam recusabat. Vox δι' ἐκεῖνον servo sonat id quod: *ut iuveni petenti gratum faceret*, domino vero: *illius amore capta*.

108. νὴ τὸν Ἥλιον] per Solem et alibi apud nostrum iuratur [c]). In precibus autem sollemnibus saepe est invocatus, utpote omniscius [d]), et surgens occidensque sol ab omnibus prece salutari solebat [e]).

109. ἤδη γ'(ε)] = οὐ δῆτα ὕστερον, ἀλλ' ἤδη ποιῶ [f]).

110. λάβ' (λαβὲ)] vox clamantis [g]), non ad certum aliquem hominem nunc dicta, sed in universum, ut μαρτύρομαι vel φερέτω τισ. — Servo perterrito fortasse in animo fuit ad Theseum [h]) vel ad Semnarum delubrum [i]) confugere. Sub finem vero fabulae mutavit consilium [j]).

— ὦ πόλισμα κτέ.] *o caelum, o terra, o maria Neptuni!* [k]) Vere tragico furore incensus et tragicis clamoribus dolorem edens Demea — nam plane Euripidea sunt πόλισμα Κεκροπίασ χθονόσ [l]) et: ταναὸσ αἰθήρ [m]) — in mediis verbis cohibet se et virum se praestare iubet. Procul hinc absunt ioci: seria et gravia omnia; omnino autem dignus est Demea cuius misereat spectatores.

113. παράβολοσ] *temerarius* [n]).

117 sq. *Eadem qua tunc fuit foret mente et mihi adversaretur.* Dicitur ἐπὶ τῆσ αὐτῆσ διανοίασ εἶναι ut ἐπὶ τῆσ αὐτῆσ γνώμησ γενέσθαι [o]), ἐπὶ τῆσ αὐτῆσ ἀνοίασ ὥσπερ νῦν μένειν [p]), similia [q]). Verbum παρατάττεσθαί τινι *adversandi* vi etiam apud Xenophontem utitur [r]).

119 sq. Respicitur ea quam ignoramus, in deperdito enim dramatis initio enarrata fuit, rerum mentisve Demeae conversio, qua effectum est ut Moschio a patre iuberetur filiam vicini pauperis ducere, quam dudum, sed frustra, uxorem sibi speraverat [s]).

120. ἐρῶν] *Plangonis amore captus*, ut iuvenis ex vero dixit patri et hic ei credidit.

121 sq. τὴν ἐμὴν | Ἑλένην] *impia* videlicet *adultera* Helena non sane Homero fuit, sed posterioris aevi hominibus [t]).

122. ποτε] *tandem* [u]).

124. δηλαδή] ut supra [v]).

125. οὐκ ὄντ' ἐν ἑαυτοῦ] id q. ἐξεστηκότα [w]).

---

a) Disc. 216. — *b*) Plaut. Capt. 570 Soph. Trach. 402 (Hense). — *c*) Disc. 350; cf. et fr. 609. — *d*) Hom. *Γ* 277. — *e*) Plat. Leg. 887*e* Conv. 220*d*. — *f*) De re Eupol. fr. 259 Herod. Mim. V 65 sqq. Plaut. Pseud. 546 Epid. 624 al. — *g*) Ut nostrum *pak 'm!* — *h*) Ar. Eq. 30 sq., 1312 fr. 567. — *i*) Ar. Thesm. 224. — *j*) Vs. 296 sqq. — *k*) Ter. Ad. 790. — *l*) Eur. Med. 771 Hipp. 34 Herc. 1323 Iph. T. 1014 al. — *m*) Eur. Or. 322. — *n*) Nos: *gewaagd*; Ar. Vesp. 192 Plut. 243. Adverbium fr. 643. — *o*) Dem. IV § 6. — *p*) VIII § 14. — *q*) XVIII § 167 XXI § 213 CIA. II 115*b* 15 al. — *r*) Hell. IV 3 § 5 Ages. 2 § 3. — *s*) Pag. 98*f-k*. — *t*) Quaest. Hom. 97 sqq. — *u*) Disc. 269. — *v*) Disc. 279. — *w*) Disc. 507 Ar. Vesp. 642.

126. *Nox amor vinum adulescentia* a). *Istoc inlecebrosius | fieri nil potest, nox mulier vinum homini adulescentulo* b). Itaque ἄκρητοσ καὶ ἔρωσ μ' ἠνάγκασε apud Callimachum queritur qui sic deliquit c), et apud Plautum: *vini vitio atque amoris feci* d).

131. *Etiamsi non semel sed vel decies adoptivus sit filius* e). *Non naturalis quidem est meus filius, sed quid hoc ad me?* Nam πατὴρ ὁ θρέψασ, κοὐχ ὁ γεννήσασ πατήρ (μόνοσ?) f). Prisca formula fuit γόνῳ υἱόσ. — Ipsius Demeae filius Moschio sibi g), Nicerato h), ceteris i) videbatur; unde efficitur eum Demeae uxore vivente et conscia receptum esse infantem.

132. *Non enim originem specto, sed indolem* j). Nam εἰ δικαίωσ ἐξετάσεισ, καὶ γνήσιοσ | ὁ χρηστόσ ἐστιν, ὁ δὲ πονηρὸσ καὶ νόθοσ k).

133. χαμαιτύπη] vox admodum probrosa l), de Chryside autem dicta iniquissima.

— ἀλλὰ τί;] denuo iram Demea compescit et verba violentiora retinet.

134. οὐ γὰρ περίεσται] *nihil enim proderit*, proprie: *nihil enim lucri inde* (ex istis probris) *superabit*. Item περιγίγνεσθαι m).

135. πέπαυσ'(ο) ἐρῶν] imperativi perfecti similis in Disceptantibus est usus n). Generosum virum Demea se praestat *compesce amorem* ad se dicens ipse, aptioribus multo verbis usus quam Thetis Euripidea Peleo pristino marito ut dolorem ponat suadens o).

136. ἀτύχημα] *rem adversam* p).

137. ἔνεστι] *fieri potest* q).

138. ἐπὶ τὴν κεφαλὴν] id q. ἐπὶ κάρ r), κάτω κάρα s).

— εἰσ κόρακασ] *in patibulum, in malam rem* t).

139 sq. ὅτι τὸ παιδίον | ἀνεῖλετ'(ο)] *quod infantem quem peperit* non curavit exponendum, quod facere eam iusseram tum cum gravidam sciebam, sed *servavit educandum*. Verbum et infra sic adhibitum u), item in Plutarchi his verbis: μηδὲν ἐκτιθέναι τῶν γεννωμένων, ἀλλ' ἀναιρεῖσθαι καὶ τρέφειν v), et saepe alibi.

140. μηδὲ ἕν] ut supra w).

141. δακὼν δ' ἀνάσχου] *mussitanda iniuria est* x). Ad δακὼν mente addi potest: χεῖλοσ ὀδοῦσι, quod in Tyrtaei carmine dicitur y). Dicebatur etiam: δάκνειν ἑαυτόν z) sive: τὸν θυμόν aa).

142. *Ergone ante aedes est?* — Coquus postquam Parmenonem ab hero revocatum in culina frustra aliquantisper expectavit bb), — ille autem interim aufugit cc), — iam per plateam circumspectat an in vicinia alicubi commoretur. Notetur particula interrogativa ἆρα (sive ἦ ἆρα) non primo loco collocata dd), sic autem maiore cum vi prolata, ut voces negativae ee).

---

a) Ter. Ad. 470. — b) Plaut. Bacch. 87 sq. — c) Call. fr. 44. — d) Plaut. Aul. IV 9, 16. — e) Item nos: *al is hij tienmaal*... — f) Pap. Bouriant 1 ed. Jouguet-Perdrizet, Men. Monost. 452. — g) Pag. 99a, 100. — h) Vs. 240. — i) Vs. 301. — j) Disc. 627. — k) Fr. 290. — l) Item fr. 879. — m) Ex. gr. Thuc. II 39 § 4. — n) Disc. 646. — o) Eur. Andr. 1270. — p) Disc. 528. — q) Vs. 59. — r) Π 392. — s) Ar. Ach. 946. — t) Disc. 25. — u) Vs. 159. — v) Plut. Mor. 320 e. — w) Disc. 111. — x) Ter. Ad. 207. — y) Tyrt. 11[22] (Croiset). — z) Ar. Ran. 43. — aa) Ar. Nub. 1369. — bb) Vs. 80. — cc) Vs. 110. — dd) Item saepe ἀλλ' ἦ. — ee) Ar. Pac. 125 Hom. ϑ 214.

144. οὐδὲ μικρὸν συλλαβών] *ne tantillum quidem opitulatus* [a]. Stomachatur coquus Parmenoni, quod in tanta festinatione se deseruerit. Herum non vidit; ab eo Parmenonem detentum nescit.

145. ἄναγε σεαυτόν] *proripe te* [b]. Simile est quod alibi legitur: σύλλαβε vel ἀνάλαβε σεαυτόν [c].

146. τισ γέρων] coquus Demeam non novit.

149. παμμέγεθεσ] item supra [d].

— ἀστεῖον] *lepidum, res festiva* [e]. Mente ἂν εἴη supplendum. Non serio autem loquitur, lances enim comminutae grave ei detrimentum erant illaturae [f].

151. πάνθ' ὅμοια] *cuncta pariter, simul*, ut πάνθ' ὁμοῦ [g].

152. πέπληχεν] ut supra [h].

— ἐξώλησ ἀπόλοιο] item alibi: ἐξώλησ ἀπόλοιθ' ὅστισ ποτὲ | ὁ πρῶτοσ ἦν γήμασ [i]. Idem valet πρόρριζοσ ἀπόλοιο [j], est autem e crebris illis locutionibus, quas peperit reduplicandi studium [k].

153. κομίσασ με δεῦρο] *qui mercede conductum huc vocasti e foro.*

155. εἰσ κόρακασ] *in patibulum* [l].

157. οὐδέν] nunc quoque retinet Demea quod ira abreptus dicturus erat: παύσω σε τὸν μὲν υἱὸν διαφθείρουσαν, ἐμὲ δὲ ἐξαπατῶσαν.

161—164. Iuvenis apud Plautum sive Demophilum matrem puellae amatae allocutus: *Ego edepol te redigam eodem unde orta es, ad egestatis terminos: | ego edepol te faciam ut quae sis nunc et quae fueris scias. | Quae prius quam ego adii istam atque amans meum animum isti dedi, | sordido vitam oblectabas pane in pannis inopia* [m].

161. τρυφᾶν γὰρ οὐκ ἠπίστασ'(ο)] *nempe abundantiam* ab insperato tibi oblatam *ferre nesciebas.* Verbi ἐπίστασθαι similis est vis in locutionibus ζῆν οὐκ ἐπίστασαι [n], εἴκειν οὐκ ἐπίστασαι κακοῖσ [o], δίκαιοσ ἀδικεῖν οὐκ ἐπίσταται τρόποσ [p], sim. [q].

163. σίνδονίτηι] sic dicebatur χιτὼν λινοῦσ [r] sive *tunica lintea* [s]. Similia sunt apud Lucianum: τὴν Δαφνίδα . . . οἶδα . . . ῥάκη πρὶν αὐτὴν ἀκμάσαι τὴν ὥραν περιβεβλημένην, ἀλλὰ νῦν ὁρᾶισ οἷα πρόσεισι, χρυσὸσ καὶ ἐσθῆτεσ εὐανθεῖσ καὶ θεράπαιναι τέτταρεσ [t].

164. λιτῶι] *vili, simplici* [u].

— Item apud Lucianum quis: νῦν . . ., ὅτε δὲ κτέ., πάντα ἦν ἐγώ [v].

166 sq. Quae Demea Chrysidi dona dedit, ei reliquit. Sic apud Plautum Palaestrio ad militem gloriosum: *iube sibi aurum atque ornamenta quae illi instruxti mulieri | omnia dona habere auferreque* [w]. Duas autem ancillas Chry-

---

a) Vs. 13. — *b*) Item Ar. Ran. 853; cf. Av. 383, *ἀνάγου* Soph. Indagat. 175. — *c*) Ar. Pac. 19 Vesp. 196 Nub. 1296 infra vs. 243. — *d*) Her. 2. — *e*) Fr. 284, 450, 559[4] Antiphan. 185 Posidipp. 2 Nicomach. 1[1] al., nos *aardig* vel: *het zou wat moois zijn.* — *f*) Vs. 65 sqq. — *g*) Ar. fr. 543 Men. 469. — *h*) Disc. 520. — *i*) Fr. 154[1], Ar. Pac. 1072 Eur. Med. 277. — *j*) Ar. Ran. 587. — *k*) Enchir. dict. ep.[2] 269 *x* Ar. Ach. 177. — *l*) Disc. 25. — *m*) Plaut. Asin. 139 sqq. — *n*) Alex. fr. 173[4]. — *o*) Soph. Ant. 472. — *p*) Men. fr. 774. — *q*) Aesch. Prom. 1032 Ag. 962 Soph. Ant. 480 Eur. Alc. 566 Herc. 344 al., Enchir. dict. ep.[2] 332 r. — *r*) Phot. s. v.; vulg.: *σινδονίτησ χιτών· λινοῦσ.* — *s*) Vox legitur etiam pap. Hib. I 121,16 (anni 250 a. C.) et inscr. Messen. 4689[17] sq. — *t*) Luc. LXVII 6 § 2 (Legrand). — *u*) Redit fr. 442, 633. — *v*) Luc. LXVII 14 § 1. — *w*) Plaut. Mil. 981; cf. 1099, 1302 Men. fr. 141 Ter. Heaut. 252.

sidi Demea concedit illas, quas modo audivit confabulantes [a]), anum libertam [b]) et iuniorem illam, quae Chrysidi sit ad manum. Concedit, — immo ex aedibus vult expellere quas ignominiae sibi illatae conscias esse ex ipsarum verbis tunc comperit.

169. μὴ δάκηισ!] anxius recedens coquus — nam an vesanus sit senex etiam dubitat — *cave ne mordeas me!* ait [c]).

170. ἀγαπήσει] *satis sibi ampla ducet, beatam se censebit.* Sic apud Homerum Antinous ad mendicum illum: οὐκ ἀγαπᾶισ ὃ ϝέκηλοσ ὑπερφιάλοισι μεθ' ἥμιν | δαίνυσαι; [d]).

171. καὶ τοῖσ θεοῖσ θύσει] *et dis gratias aget insuper,* — nihil amplius requirens videlicet. Erat locutio familiaris: θῦε (θύσεισ, sim.) τοῖσ θεοῖσ vel etiam τούτωι, ταύτηι. Sic apud Herodam leno de adversario: ὦ Γῆραϛ, σοὶ θυέτω· ἐπεὶ τὸ αἷμ' ἂν ἐξεφύσησεν *gratias iste Senectuti agito, quod non iam par ei sum senex* [e]), et domina ad ancillam segniorem: θῦέ μοι ταύτηι, | ἐπεί σ' ἔγευσ' ἂν τῶν ἐμῶν ἐγὼ χειρῶν *gratias age huic* (amicae eam visenti), *quae nisi adesset, manus meas gustandas tibi praeberem* [f]).

172. υἱὸν πεπόηκασ] *filium lucrata es.* Sic dicebatur: χρήματα ποιεῖν *rem facere,* et κριθάσ, σῖτον, οἶνον ποιοῦσιν agricolae [g]).

— πάντ' ἔχεισ] *quidnam requiras amplius?* ἀποδέδοταί σοι, ἀπέχεισ [h]).

— οὔπω δάκνει· | ὅμωσ —] *nondum quidem mordet ille,* sic secum coquus, *attamen* — sed dum propius denuo accedit homo λάλοσ καὶ πολυπράγμων, ut mulieri opituletur, a Demea vehementer increpitus in aedes quam celerrime se recipit.

174 sq. Hominis furiosi ut sedet animum, *et iure quidem,* ait, *sed en iam introeo tacitus.*

175. Nulla etiam coqui importuni ratione habita Demea pergit probris petere Chrysidem. Vox τὸ μέγα πρᾶγμα id quod ἡ πάνυ σεμνὴ οὖσα valet fere, *nobilis scilicet mulier!* — In quotidiano enim sermone μέγα πρᾶγμα de homine dictum, ut μέγα χρῆμα et similia [i]), significabat *magni momenti, gravem hominem, minime contemnendum.* Apud Eubulum priscae heroinae Medea et Penelope sic inter se opponuntur: εἰ δ' ἐγένετο | κακὴ γυνὴ Μήδεια, Πηνελόπη δέ γε | μέγα πρᾶγμα [j]).

176. Iuvenis apud Plautum ad anum l. l.: *faciam ut quae sis nunc et quae fueris scias* [k]).

177. αἱ κατὰ σ'(ὲ)] *quae tuae sunt condicionis* [l]).

— δέκα] duodenas in singulos dies pro Abrotono solvebat Charisius in Disceptantibus [m]).

180. τοῦθ'(-το)] τὸ ἀποθανεῖν. Esuriunt meretrices vetulae. Ipsa Lais anus vixit ἀργὸσ καὶ πότισ, | τὸ καθ' ἡμέραν ὁρῶσα πίνειν καὶ ἐσθίειν μόνον, si fides Epicrati comico [n]).

183. ἕσταθι] Chrysidem sequi se vetat Demea abiens.

184—189. Demea vir dives ministrum in forum misit: Niceratus egenus ipse illuc ivit, nec pinguem

---

a) Vs. 21-44. — *b*) Vs. 23. — *c*) Cf. vs. 172. — *d*) φ 389 sq. — *e*) Herod. Mim. II 71 sq. — *f*) VI 10 sq. — *g*) Ar. Eccl. 442 Pac. 1322, Eccl. 615 *παιδοποιεῖν.* — *h*) Ar. Av. 1543, 1460. — *i*) Ar. Lys. 1031 Eccl. 441 al. Vesp. 266. — *j*) Eubul. fr. 117, cf. Alex. 179 [Dem.] XXXV § 15. — *k*) Ad vs. 161-164. — *l*) Her. 19. — *m*) Disc. 10. — *n*) Epicr. fr. 2.

ibi emit hostiam, quam filiae nuptias hodie celebraturus mactaret, προτέλεια τῆσ παιδὸσ σφάζων a), sed talem agnum qualem Euclio Plautinus, qui *ossa atque pellis totus est, ita cura macer.* | *Quin exta inspicere in sole etiam vivi licet,* | *ita is pellucet, quasi laterna Punica* b). Unde dis debita cum persoluta fuerit pars, nihil erit reliquum praeter vellus: id igitur inter amicos distributurum se ait Niceratus. Recordamur hostiae quae praeter γένειον καὶ κέρατα nihil habere videbatur Pisetaero Aristophaneo c), nec non iocorum de mortalibus non nisi arida aliqua victimarum ossa dis vescenda praebentibus: τὴν ὀσφὺν ἄκραν | καὶ τὴν χολὴν ὀστᾶ τ' ἄβρωτα τοῖσ θεοῖσ | ἐπιθέντεσ αὐτοὶ τἆλλα καταπίνουσ' ἀεί d). Haec videlicet olim caelitibus in sacrificiis constituta est pars vafritie Promethei e). Similibus autem laudibus atque nunc Niceratus suam oviculam, Davus in Agricola fabula cumulat agrum sterilem: ἀγρὸν γεωργεῖν εὐσεβέστερον οὐδένα | οἶμαι. φέρει γὰρ μυρρίνην, κιττὸν καλόν, | ἄνθη τοσαῦτα· τἆλλα δ' ἂν τισ καταβάλῃ, | ἀπέδωκεν ὀρθῶσ καὶ δικαίωσ, — οὐ πλέον, | ἀλλ' αὐτὸ τὸ μέτρον f). — Ovis in sacrificium privatum emta satis bona — non optima — *decem* fere drachmis aetate Menandri constabat g); nam magnopere aucta erant pretia post aevum Solonis, quo ovis *una* drachma poterat emi. *Viginti* autem drachmis plurisve emebantur πρόβατα μαλακά h). In inscriptione huius aetatis ovis *duodecim*, aries *septendecim* drachmis constare dicitur i), in publicum vero sacrificium ovis aestimabatur drachmis *triginta* j).

193. ὁ χρηστόσ] ut supra k). Festiva est Chrysis Demeam nunc, cum ei stomachatur, non *meum virum* sed *istum tuum amicum* nuncupans. Quod ex ipsa vita est desumtum, neque videtur inde effici Chrysidem Demeae per Niceratum primum innotuisse.

195. ἤκουσα καὶ αὐτὸσ τῶν γυναικῶν] recentem esse rem, nuperrime autem Nicerato innotuisse, ex his verbis apparet, item mox ex adverbio εὐθύσ l). Mulieres quas Niceratus dicit sunt eius uxor et Plangon filia.

196. ἐμβροντησίαι] *dementia* m). Eundem dativi usum habet hic nostri versus: ὅταν μετ' εὐνοίασ τι μὴ πονηρίαι πταίσωσιν n). Similia sunt μισητίαι, πενίαι, alia apud Aristophanem o).

197. ἡδύσ] *lenis, placidus*, minime iracundus. Qui factum est igitur ut in tantum furorem erumperet? — οὐκ ... εὐθύσ] *non statim ex itinere reversus*, cum ei dixi me infantem ex illo natum nondum exposuisse, sed servare velle; modo demum eam ob causam ira est correptus.

199. εὐτρεπῆ ποεῖν] *parare*, εὐτρεπίζειν p).

---

a) Eur. Iph. Aul. 718. — b) Plaut. Aul. III in fine. — c) Ar. Av. 902. — d) Fr. 129, item 319 Pherecr. 23 Eubul. 130 adesp. com. (immo trag.) 1205. — e) Hes. Theog. 535-[550 b-553 a]567. — f) Agric. 35 sqq. — g) Fr. 319[3]. — h) Boeckh Staatsh. I[3] 96 confert [Dem.] LVII § 64, 52, 57, sed nihil inde posse effici annotavit Fraenkel. — i) CIA. II 834 c. — j) Anno 325, Ἐφ. ἀρχ. 1883,126 b. — k) Disc. 600. — l) Vs. 198. — m) Adul. 62. — n) Fr. 110. — o) Ar. Av. 1620 Eccl. 605. — p) Circ. 117.

201. χολᾶι;] *insanitne?* [a]) *Adeone est demens?* [b]).

202 sqq. Trochaeis tetrametris etiam in Circumtonsa poëta est usus [c]).

202. τὸ δεῖνα...] *quod dicere volui...* [d]).

205. Niceratum nostrum cum Demea illo, quem ex Terentio novimus, haud inepte comparaverit quispiam. Qui ipse de se: *ego agrestis, saevos, tristis, parcus, truculentus, tenax | duxi uxorem* [e]), sive, ut fuit apud ipsum Menandrum: ἐγὼ δ' ἀγροῖκοσ, ἐργάτησ, σκυθρόσ, πικρόσ, | φειδωλὸσ ὢν ἔγημα [f]). Et alibi apud nostrum flebat mentio alicuius πικροῦ γέροντοσ, αὐθεκάστου τὸν τρόπον [g]).

— σκατοφάγοσ] *impurus, malignus* [h]).

— τῶι τρόπωι] *indole* [i]).

206. τοιαῦτα] Chrysidem peperisse e Moschione. Hic verum iam dixit patri.

208. ἡλίκον κέκραγε τοῦτ'(ο)] *quantum istum clamorem edidit!*

208 et 210. ἦν] ut supra [j]).

209. ὑϊδοῦν ὀπτώμενον] *nepotem* ab avo Nicerato *tostum.*

210. πέπληχε] ut supra [k]).

210 sq. στρόβιλοσ ἢ | σκηπτόσ, οὐκ ἄνθρωπόσ ἐστι] *turbo aëris* [l]) *aut fulmen est, non homo; turbo non aeque citust* [m]). Strobili in Plauti Aulularia est nomen servi velocis et versuti. Sic homo dapum fervidarum appetens κάμινοσ, οὐκ ἄνθρωποσ audiebat apud Crobylum [n]), et violentus homo, cui σκηπτόσ disertum fuit cognomen, ab Antiphane est inductus [o]). Apud Menandrum autem alibi ludicre aliquis: γενήσομαι | Κτήσιπποσ, οὐκ ἄνθρωποσ, ἐν ὀλίγωι χρόνωι [p]). Item apud Petronium: *phantasia, discordia, piper, non homo* [q]), ceteris autem acerbius Philemon: στρατιῶτα, καὶ οὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε | ὥσπερ ἱερεῖον, ἵν' ὅταν ἦι καιρὸσ τυθῆισ [r]).

214. πρὸσ βίαν] *vi adhibita,* quod tragice dicebatur ἐμοῦ βίαι. Item apud Aristophanem et Euripidem [s]), quibus etiam id quod *vi coactus* significavit [t]). Addito autem genitivo τοῦ κυρίου id quod *invito eo apud quem est auctoritas* valet [u]). *Suum* esse infantem, ut ante dixit, non Plangonis neque Moschionis, Chrysis coram Nicerato modo asseveravit denuo, mulieribus haud obloquentibus, quo puerum a Nicerati furore defenderet.

219. τί... χρήσεται;] futurum tempus est animi commoti indicium [v]).

224. Chrysidem insontem esse Demea modo didicit e Moschione [w]), sed nondum potuit id ei dicere utve sibi ignosceret ab ea petere. Nunc multa verba non fert tempus.

227 sq. *Sine corripiam infantem, ut hunc tenens mulieribus verum*

---

a) Disc. 218. — *b*) Ter. Andr. 469. — *c*) Circ. 77 sqq. — *d*) Circ. 145 sq. — *e*) Ter. Ad. 866. — *f*) Fr. 10. — *g*) Fr. 843. — *h*) Circ. 204. — *i*) Disc. 627. — *j*) Disc. 216. — *k*) Disc. 520. — *l*) Fr. 536^{4} sq., Phrynich. s. v. 396 Lob. — *m*) Plaut. Psend. 745. — *n*) Crob. fr. 8. — *o*) Antiphan. fr. 195^{11}. — *p*) Men. fr. 363^{6}. De Ctesippo Chabriae filio nequam cf. et Timocl. fr. 5 Diphil. 38. — *q*) Petron. 38, 43, 44 (Hense.) — *r*) Philem. fr. 155. — *s*) Ar. Vesp. 443. — *t*) Ar. Ach. 73 Eur. Andr. 730 al. — *u*) Circ. 186. — *v*) Ar. Eq. 1183. — *w*) In fabulae parte deperdita, pag. 100.

extorquere possim, — ni fateantur, statim eum peremturus.

229. εἰσφθάρηθι] *in aedes tuas abi, hinc facesse* [a]). Iterat quod iam iussit: ἐκποδὼν ἄπελθε.

230. καὶ ἔγωγε] mente add.: τυπτήσω σε.

231. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι] iniuriae sibi illatae testes advocat choreutas vel cives quotquot in vicinia adsunt et ipsos spectatores [b]).

234. οὐ δίδωσ'(ι)] *dare non vult illa* (Chrysis).

— τοὐμόν] id quod perhibuit Chrysis.

235. περίμεν'(ε)] quae oportet narraturus iam Demea a Nicerato repellitur.

236. τί γὰρ ποήσω;] verba molestum officium in se recipientis [c]), ut: τί γὰρ πάθω; [d]).

— τοῦτο μοχθηρὸν πάλιν] *hoc quoque grave*. Modo Chrysidem fuste contundere et infantem ei eripere iste conabatur, iam suae ipsius uxori mortem intentat!

239[b] sq.* *Quin me igitur interrogas, uxorem autem missam facis?*

240 sq. ἆρ' ὁ σός με παῖς | ἐντεθρίωκεν;] *num quid tuus filius* [e]) *me fefellit?* Plangon a tuone filio est compressa? — Filia quin pepererit Niceratus minime dubitat, sed pater pueruli quis sit nondum didicit; iamque veretur ne iuvenis recuset uxorem ducere puellam vitiatam. Verbo ἐνθριοῦν sive *involvere* apud Aristophanem designantur viri palliis tecti: ἀλλ' οὐκ ἐντεθριῶσθαι πρέπει [f]), et locusta, cui praereptae sint alae, τὰ θρῖα sive *involucra* τοῦ τρίβωνος ἀποβεβληκέναι iocose apud eundem dicitur [g]); nostro autem loco *circumveniendi* sive *decipiendi* sensu verbum esse adhibitum [h]) docet contextus. Oppositum fuit ἀποθριάζειν sive *renudare* [i]). Aliena autem hinc sunt τὰ τῶν μαγείρων θρῖα [j]). Quod apud Hesychium legitur ἐντεθρίωκεν· ἐνείληκεν ἢ ἐσκεύακεν, spectat nostrum locum; et prius quidem interpretamentum recte habet, posterius ex ipsa huius versus vicinia est desumtum [k]). Alia glossa Hesychiana ἐνεθρίωσαν redditur θρῖον ἐποίησαν, quae quo spectent nescitur. In similem notionem atque ἐνθριοῦν, sermo familiaris detorsit verba σιναπίζειν (?) [l]), ῥινᾶν [m]), κεραμεύειν [n]), *(de)runcinare, deasciare* [o]).

241. λήψεται μὲν τὴν κόρην] *in matrimonium ei dabitur puella*, matrimonium oblatum ne detrectet non est periculum.

242 sqq. Ira efferatum ut sedet, aliquantisper cum eo deambulat, nugas garriens et hominem rudiorem leniter ludificans.

243. ἀλλὰ μικρόν] sic supra: ἀλλ' οὐδὲ μικρόν [p]).

244—246. Fabulam decantatam, quae erat de Danaë eiusque turri ahenea, in mentem Nicerato revocat, ut in Disceptantibus Syriscus apte utitur fabula quae fuit de Tyrus Neptunique amoribus [q]). Imaginem Iovis Danaën visentis in tabula pictam laetus admiratus

---

a) Circ. 276. — b) Disc. 424. — c) Ar. Vesp. 318. — d) Vs. 259 Ar. Nub. 798. — e) Vs. 131. — f) Ar. Lys. 663. — g) Ar. Vesp. 1312. — h) Gall.: *rouler, mettre dedans*, nos: *in de luren leggen*. — i) Ar. Ach. 158. — j) Ar. Ran. 134. — k) Vs. 254. — l) Xenarch. fr. 12. — m) Men. fr. 895, 937 adesp. 1003. — n) Ar. Eccl. 253 (?). — o) Com. lat. — p) Vs. 144. — q) Disc. 151 sqq.

est fictus ille eunuchus in fabula Terentii sive Menandri [a]).

247. Item in Androgyno nostri fabula aliquis: τὰ προσπεσόντα προσδοκᾶν ἅπαντα δεῖ | ἄνθρωπον ὄντα, *cuivis potest accidere quod cuiquam potest* [b]). Et infra Moschio: πάντα γίγνεται [c]).

248. εἰ . . . ῥεῖ] *an perpluat*, εἰ μὴ στέγει.

249. χρυσίον] sic, non χρυσόσ, dicendo Demea priscam fabulam ridicule detorquet in contemtum. Est enim ex eodem iocorum genere, deum vocare pecuniam atque pecuniam deum: ὑπέλαβον χρησίμουσ εἶναι θεοὺσ | τἀργύριον ἡμῖν καὶ τὸ χρυσίον κτέ., αὐτοὺσ γὰρ ἕξεισ τοὺσ θεοὺσ ὑπηρέτασ [d]). E nostro autem Horatius duxit illud: *fore enim tutum iter et patens converso in pretium deo* [e]), et hunc imitatus Ovidius: *Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro | corruptae pretium virginis ipse fuit* [f]).

250. τότε δ' ὕδωρ] recordamur Strepsiadis Aristophanei Iovem tum cum pluat διὰ κοσκίνου οὐρεῖν rati [g]). Inter ὕδωρ ποιοῦντα deum et ὕδωρ γιγνόμενον αὐτόν haud ita magnum fuit discrimen, immo nullum omnino fuit olim. Sacrum fit connubium cum caelum terrae iungitur per imbrem [h]): quidni igitur aqua per tectum putre et rimosum stillans fuerit Iuppiter Plangonem in cubiculo visens! Sic in risum iocosque convertuntur quae pia admiratione capti cecinerant prisci vates.

251. καὶ βουκολεῖσ με;] *etiamne ductas me?* Verbis βουκολεῖν et ποιμαίνειν haud raro *ducendi* sive *moderandi* tributus est sensus [i]), hinc in *ductandi* sive *fallendi* notionem ea abiisse noster locus docet [j]).

253. οἴμοι] indignantis vox, ut saepe [k]).

254. ἐσκεύακεν] *decepit*; novus verbi usus [l]). Persuasum iam est Nicerato quod modo suspicabatur tantum.

— λήψεται μέν] mente add.: τὴν κόρην, ut supra dixit [m]).

256 sq. In urbe, quae Alexandrum Magnum recordabatur Iovis Ammonis filium dictum et Demetrium Poliorceten mox vidit dis assimulatum, Minervae Bacchique fratrem nuncupatum, haud exiguae libertatis fuit hac aetate sic iocari.

258. *Chaerephon* parasitus in huius aetatis fabulis saepe est derisus, de quo facete dicta multa collegit Athenaeus [n]). In prima statim fabula [o]) quoniam noster de eo ita ut de parasito notissimo est iocatus, per multos autem deinceps annos eiusmodi homunciones non solebant digni haberi qui popello deridendi propinarentur, Samia inter prima Menandri dramata videtur fuisse [p]). *Convivium* aliquod Chaerephon scripsit, quod Κυρηβίωνοσ nomine ornavit; erat autem Κυρηβίων sive *Fur-*

---

a) Ter. Eun. 583 sqq. — *b*) Men. fr. 51. — *c*) Vs. 340. — *d*) Fr. 537. — *e*) Hor. Carm. III 16. — *f*) Ov. Am. III 8, 29 sq. — *g*) Ar. Nub. 373. — *h*) Hom. Ξ 346-351 al. — *i*) Aesch. Eum. 78 Ar. Vesp. 10. — *j*) Nos: *om den tuin leiden*. — *k*) Ar. Ach. 1081 Nub. 1238 Av. 1260 Pac. 1245. — *l*) Vs. 241. — *m*) Ibid. — *n*) Ath. 243 *a*-244 *a* (Men. fr. 277, 320, 364 Antiphan. 199 Timoth. 1 Timocl. 9 Apollod. Caryst. 24, 26 Machon in Chriis); add. Alex. fr. 210, 257 Ath. 584 *e*. — *o*) Anno 321. — *p*) Körte. Cf. supra pag. 97 sq.

furio [a]) cognomen ridiculum Epicratis eius, quem generum habuit Aeschines orator [b]). Nostro loco quod ἀσύμβολοσ sive *gratis* [c]) τρέφεσθαι dicitur, isdem id verbis de eo dictum est apud Alexidem: ἀεί γ' ὁ Χαιρεφῶν τιν' εὑρίσκει τέχνην· | καὶ νῦν πορίζεταί γε τὰ δεῖπν' ἀσύμβολα. | ὅπου γάρ ἐστιν ὁ κέραμοσ μισθώσιμοσ | ὁ τοῖσ μαγείροισ, εὐθὺσ ἐξ ἑωθινοῦ | ἕστηκεν ἐλθών· κἂν ἴδηι μισθούμενον | εἰσ ἑστίασιν, τοῦ μαγείρου πυθόμενοσ | τὸν ἑστιῶντα, τῆσ θύρασ χασμωμένησ | ἂν ἐπιλάβηται, πρῶτοσ εἰσελήλυθεν [d]).

— πρώτιστοσ] *ut primo hoc utar exemplo* [e]), id fere quod αὐτίκα sive *exempli causa.*

259. οὐ θεόσ σοι φαίνετ' εἶναι;] *non tu hunc habeas plane praesentem deum?* [f]). Nota locutione Demea vere sophistice ita utitur ut si illud: *ille par mihi esse deo videtur* significaret: *deo ortus mihi videtur.* — τί γὰρ πάθω] inviti concedentis vox [g]).

260. διὰ κενῆσ] *in cassum, frustra,* id q. μάτην vel ἄλλωσ [h]).

261. Sophilus comicus *Androclem* fabulam scripsit, sive hunc sive cognominem aliquem hominem spectans. Noster Androcles quis fuerit non liquet; nam quae de eo nunc dicuntur, vix congruunt feneratori illi Sphettio, cui Demosthenes orationem scripsisse fertur [i]). In eo potius hominum genere, ex quo fuit Chaerephon parasitus, videtur quaerendus. Fuitne γελωτοποιόσ? Sed quoniam dicitur τρέχειν et πηδᾶν, cum *mimo* potius illo Syracusano, qui e Xenophontis Convivio est notissimus, videtur comparandus, quam cum Philippo scurra illo, cuius ibidem fit mentio. Quod πολὺ πράττεται, conferendae sunt αἱ ἑταῖραι αἱ ἐπὶ τὰ δεῖπνα τρέχουσαι καὶ δέκα δράχμασ πραττόμεναι [j]). Non nisi magno pretio conductus Androcles, quamvis provectioris iam aetatis homo, visit convivia, quae arte sua delectet.

262 sq. „Amantes, nihil non in corpore amato admirati, τοὺσ μέλανασ sive *fuscos* ἀνδρικούσ vocant, τοὺσ δὲ λευκοὺσ sive *candidos* [k]) θεῶν παῖδασ, τοὺσ δὲ ὠχροὺσ sive *luridi coloris* iuvenes μελιχλώρουσ sive *flavos*", Socratis Platonici sunt verba [l]). Ad faciei — non capillorum — colorem haec omnia spectant, μέλανεσ autem dicebantur qui oleo quotidie inuncti et solibus usti speciem roboris et corporis bene exercitati prae se ferebant [m]). Quid autem Androcles? Pigmentis illum colorem ementiebatur [n]), dudum palaestras et gymnasia propter aetatem provectam aversatus. Itaque etiam in morte, vel si omnis effundatur sanguis, eius cutis colorem fuscum servabit, quippe venenis medicata: *pallida ne tum quidem fiat, si quis eum iugulet.* — Aliena hinc sunt parasiti cuiusdam apud Alexidem verba, duo parasitorum genera statuentis, quorum alterum ei audit τὸ κοινὸν καὶ κεκωμῳδημέ-

---

a) Ar. Eq. 254. — *b*) Ath. 242 *d.* — *c*) Ar. Ach. 1210. — *d*) Alex. fr. 257. — *e*) Ar. Lys. 497. — *f*) Ter. Phorm. 345; cf. Antiph. fr. 209^{5}. — *g*) Vs. 236 Ar. Nub. 798. — *h*) Vs. 327 fr. 580^{1} Ar. Vesp. 929 Plat. fr. 174^{20} Alex. 174^{10} Euphron. 1^{31} Timocl. 27^{5}. — *i*) (Dem.] XXXV, quae circa annum 350 habita videtur oratio. — *j*) Vs. 177 sq. — *k*) Ar. Ran. 1092. — *l*) Plat. Rep. 474 *e.* — *m*) Ar. Eccl. 62 sqq. — *n*) Cf. fr. adesp. 748.

νον, οἱ μέλανεσ ἡμεῖσ [a]). Simili vero locutione alius quis apud Menandrum usus — fortasse Doris ancilla in Circumtonsa — κομψὸσ στρατιώτησ οὐδ' ἂν εἰ πλάττοι θεὸσ | οὐδεὶσ γένοιτ' ἂν [b]).

263. οὗτόσ ἐστιν οὐ θεόσ;] haud aliter apud Alexidem de homine longaevo: ὁ γοῦν Τιθύμαλλοσ ἀθάνατοσ περιέρχεται [c]). Notetur ordo verborum [d]).

265. μέτεισιν] verbum hac in re sollemne [e]).

266. ἐξ ἀνάγκησ] *sic satis, ut in tanta festinatione.*

267. ἐλήφθη . . . πάροινοσ] id q. ἐλήφθη . . . ὑβρίζων [f]). Item in Disceptantibus: μὴ λήψομαί σε προπετῆ [g]).

268. εὐτρεπῆ] *parata* [h]).

270 sq. τότε] *modo* [i]).

275. ἐξέστηκα] *non apud me sum* [j]).

282. ἀποφθαρεὶσ] irati vel animum despondentis verbum pro ἀπελθών [k]).

284. Filius, qui a patre propter amorem vituperatus in Asiam abiit militatum, praebuit argumentum Heauton Timorumeni Terentiani sive Menandrei

285 sq. Simillima in Agricola sunt verba: [ἀπιὼν μὲν ἐκ τῆσ οἰκ]ίασ οὐδὲν φράσασ, | [οὕτω] λιπὼν δὲ τὸν γάμον, τὴν φιλτάτην | [κάκιστ'] ἂν ἀδικήσαιμ' ἄν· οὐ γὰρ εὐσεβέσ [l]).

288. ἀγεννῶσ] *illiberaliter*, δουλοπρεπῶσ. Opp. γενναίωσ [m]).

291. ἀπαίρειν] *abire* [n]). Opp. καταίρειν [o]).

299. ἔφυγον] vidimus aufugientem [p]).

301. ὁ τρόφιμοσ] *herilis filius* [q]).

306. Sic Demeae rem innotuisse putat Parmeno, quomodo ille resciverit nesciens.

308. ἀβέλτερε] *inepte* [r]).

310. διαφέρει δ' οὐδὲ γρῦ] sic alibi apud nostrum est: διαφέρει Χαιρεφῶντοσ οὐδὲ γρῦ [s]).

314 sq. σπάθην τινὰ] *ensem*. Polemoni tribuno militum in Circumtonsa fabula *suus* erat ensis, — ἡ σπάθη [t]), — Moschio a rebus militaribus hactenus alienus *aliquem* sibi ensem afferri nunc iubet.

316. βάδιζε] *i modo* [u]).

319. Similia verba in Circumtonsa dicit alter ille Moschio [v]).

322. πεισθήσομ'(-αι)] *persuaderi mihi sinam* [w]).

324. ἔστιν] patrem venire putat. — ἐψόφηκε . . . τὴν θύραν] *crepuit ianuam* [x]).

325—327. Parmeno cum e latebris, ubi Demeae iram effugerat, modo rediit, nesciebat compositas esse res et cenam parari nuptialem. Id iam comperit, ut primum aedes heriles intravit; quam rem miratus et rerum in melius conversionem ipsi Moschioni nondum innotuisse ratus, ad hunc properat, ut laet nuntii faciat participem. Nam patr quidem Moschionem se purgasse

---

a) Alex. fr. 116. — *b*) Men. fr. 732 (supra Circ. fr. 4 ?). — *c*) Alex. fr. 159. — *d*) Ar. Pac. 125 Hom. ϑ 214. — *e*) Vs. 331 Disc. 540 Alex. fr. 163⁴. — *f*) Disc. 297. — *g*) Disc. 645. — *h*) Circ. 117. — *i*) Circ. 145. — *j*) Disc. 507. — *k*) Circ. 276 Ar. Nub. 789. — *l*) Agric. 14 sqq. — *m*) Fr. 223[13] Ar. (Nub. 974) Pac. 748. — *n*) Ar. Lys. 539 Eccl. 818 fr. 747 Eur. El. 774 Dem. XIX § 150, 163 XXXII § 5 Hom. Φ 563. — *o*) Ar. Av. 1288. — *p*) Vs. 110. — *q*) Disc. 202-205. — *r*) Disc. 275. — *s*) Fr. 364; cf. et fr. 521 Ar. Plut. 17 Ran. 913. — *t*) Circ. 165. — *u*) Circ. 132. — *v*) Circ. 285 sqq. — *w*) Philem. fr. 101 Soph. Phil. 624. — *x*) Disc. 488.

nunc vero fingere iram et consilium abeundi, minime potuit suspicari. Quapropter in aedium interiora non perrexit neque Demeae ceterisve de Moschionis iusso dixit quicquam.

327. διὰ κενῆσ] *in cassum, sine iusta causa* [a]).

329. θῦμα θ' Ἡφαίστου φλογί] gaudio inexpectato exultans servus et dapum succulentarum spe obiecta Parmeno iam παρατραγωιδεῖ, ut Cario Aristophaneus [b]).

331. μετιέναι] ut supra [c]).

333. ἱερόσυλε] conviciantium vox [d]).

337. νῦν πρόσεισιν] mente add.: ὁ πατήρ. Parmenonem cum paenula et gladio ex aedibus exeuntem videbit pater, quid rei sit rogabit, audito huc festinabit ad filium exorandum.

340. πάντα γὰρ | γίγνεται] nihil est quin expectari possit, δεῖ πάντα προσδοκᾶν, ut modo dixit Demea [e]).

AD FABULAM INCERTAM.

3 – 11. Ei qui moechum deprehendisset ἐπὶ δάμαρτι ἢ ἐπὶ μητρὶ ἢ ἐπ' ἀδελφῆι ἢ ἐπὶ θυγατρὶ ἢ ἐπὶ παλλακῆι ἣν ἐπ' ἐλευθέροισ παισὶν ἔχοι, ius in eum erat vitae et necis [f]); licebat vincire, vinctum detinere, pretio dimittere aut interficere, prouti esset libitum. — *Testium* et *Areopagi* mentionem etiam Euphiletus fecit Eratosthenis occisi reus, cui orationem scripsit Lysias [g]).

15. οὐδὲ ἕν] frequens apud Menandrum hiatus [h]).

17. ἀναίνει] *recusas* [i]).

18. τοῖσ . . . δοῦσι] iis quos virginem nunc vitiatam olim sibi desponsasse ait Chaereas, Cleaeneto igitur huiusque uxori [j]). Quamquam duri quid habet obiectum mutatum, et argumentum quo Chaereas utitur debile est; nam huic ad Cleaeneti crimina respondere licebat id quod Smicrini dixit impudens illud mancipium: οὕτωσ ἐτήρεισ παῖδ' ἐπίγαμον; [k]) — Ceterum collata fraude, qua Chremes senex circumvenitur in Terentii sive Menandri Heauton Timorumeno, suspicari licet Chaereae illas cum Lachetis filia nuptias, quas nunc detrectare se perhibet iuvenis fallax, ratas tamen esse factas in fabulae exitu. E nostro loco quin *Chaeream Areopagitae Lachetis filium* suum duxerit Lucianus [l]), nomina pro lubito iungens, non videtur dubium.

21. εὐκαιρότησ] nova vox.

23. ἐρρωμένησ] *vehementis*. Participium et infra sic usurpatum [m]).

25. νὴ τὸν Ἥλιον] frequens apud nostrum clamor [n]).

28 – 30. ἔχει . . . γνησίων ἐπὶ σπορᾶι

---

